FRANCISCO BRAVO

OPERA MEDICINALIA

MEXICI 1570





BRUGALLA-1940

QVI NON INTRAT PER OSTIVM, SED ASCENDIT ALIVNDE ILLE FVR EST

IOAN. X.

# ¶ OPERA MEdicinalia, in qbus q̄ꝫ plurima extant ſcitu medico neceſſaria in. 4. li digeſta, quę pagina verſa cōtinentur.

Authore Franciſco Brauo Orſunē ſi doctore, ac Mexicano medico.

15 49

¶ *Mexici, apud Petrum Ochar te*
*Cum priuilegio. 1570.*

¶1. lib. cōtinet vniuerſaȝ doctrinam
imanis morbi ( tauardete vulgo dic
ti) q̄ p̄ hāc Mexicanā prouinciā po
pulariter graſſatur, in quo libro natu
ra eius exp̄mitur, cauſę, ſigna, ſimpto
mata, ⁊ d̄bita ei⁹ medella, ꝓponūtur.
¶2. lib. habet in ſe dialoguȝ de venę
ſectione in pleuritide ac oībus alijs
corpis inflāmationibus, in quo cuiuſ
dā medici hiſpaleñ. placita d̄ hac ſen
tētia obliterātur, ⁊ vera Gale. aliorū
qȝ gręco. doctrīa exponitur, ⁊ multa
ad pleuritidis mede. attinētia enodāt̄.
¶In. 3. lib. vniuerſa d̄ diebus decreto
riis doctrīa, ad Hipp. ⁊ gale mētē ex
ponit̄ ac de eorū cauſis noua q̄dā ⁊
veriſsima, hactenusqȝ a nullo agita
ta opinio tradit̄. ¶In vlti. ⁊. 4. lib.
d̄ radiculę q̄ vulgo çarçaparrilla dr̄
tēp̄ie īnata, et ꝓp̄is effectibus, ſucci
cto ſermone agitur, ⁊ q̄bus morbis
cōmode ea vti expediat, tractatur.

BIBLIOTECA J. ... LAFRAGUA
PUEBLA
U. A. P.

❡EXCAELLENTI ETSVM meę virtutis pricipi Martino ērriquio Nouę hiſpaniæ digniſsimo Prorregi Franciſcus brauo doctor medicus ſalutem,

ESt ita natura comparatum: princeps eximie, vt ea ratione, qua ciuibus ſuis optimus quiſque gubernator proſpicit & conſulit: eadem ciues enixe conentur, quantum in ſe poſitum ſit, pro uirili ſua, pleniſsimo obſequio, eum ſibi demereri: dum ille gemmas, ille aurum, alius tabulas, alius equos, gratitudinis teſtimonia, offert, Ego vero, cùm alioquî opibus abundes, & ipſe non perinde diues ſim qui ornamēto aliquo clariſsimę familię tuę eſſe poſsim, conſilium duxi e medica mea facultate, in qua non inficior mediocriter me eſſe verſatum, opuſcula, quę de peſtilēti morbo, quē nr̄ates tauardete, appellāt & de ſeccāda in lateris dolore vena, magna cū diligentia compoſueram: tibi ſapiētiſsimo principi conſecrare, cui obid ſolum, quod oē literarum genus ames, ac foueas (queādmodum per hoſce dies in ordinanda Achademia Mexicana abunde teſtatus es) nihil, quod literaturam ſaperet, ingratum futurū ſciebam, Suppereſt igitur vt hoc, quicquid

eſt muneris, vltro ſuſcipiens, animū (vti ſo-
les) in ſtudioſos oēs magis ac magis indies
propenſum manifeſtes: quo ſane fiet, vt &
qui in literario ſtudio currunt, nunquam ni
ſi ad optatam metam peruenientes, ceſſare
velint: & qui concertationem nondū ſunt
ingreſsi, etiam moleſtia propoſita, quę ſtu
dia principio obeuntibus terrori eſſe ſolet
gloriam, & honorem ſperantes ingredi cu
piant. Vtrumq; rem publicam auget, & no
bilitat, ac vt alterum ſine altero corruet, ꝑ
petuumq; eſſe non poterit: quoniam nece
ſſum eſt, qui docuerunt, interire: niſi ſint, q
ediſcant non multo poſt etiam docturi: ita
vtrumq; tibi acceptum res publica mexica
na, tui obid nunq̄ oblitura: feret. Bene vale
orbis huius patrocinium maximum.

¶ EXCAELLENTI ET PRAES
tātiſsimo pricipi Martino ērriquio Nouæ
Hiſpanię pro rregi Franciſcus Ceruantes
ſalazarus ſacrę theologiæ doctor ſalutem.

DIceat aliquis, princeps excellen
tiſsime, uel qui vtcunq; de reb⁹
hominum iudicet, lecto ſtatim
& operis, & epiſtolę huius titulo
quid theologus cum medico commune ha
bet? Cum appelles ſutorem extra calceos

Iudicantem ignominioſe proiecerit, ſequu
tus quod de calceis in propoſita imagine, iu
dicium fecerat. Ego vero tametſi nõ igno
rem, vbi deſinit phiſicus, medicum incipe
re: atq; proinde aliqualem, præſertim de re
phiſica (cui maxime medicus initiatur) me
ſententiam ferre poſſe: non tamen eo ad te
ſcribo, vt quid ſentiam de doctore Brauo
quem egregie doctum, etiam emuli fatẽtur
vel cuius modi ſint eius: quę te fautore, &
patrono typis parat opera dare: certum a
liquid pronunciem Sed vt tibi nobis &
huic ſeculo in nouo orbe vere aureo maxi
me gratuler, tibi ne quę publice pręclare
geris. Tymantis velum tegat, aut corroſa
vetuſtas deleat, qui vbi ad nos optatiſsimus
commeaſti, omne literarum genus eo ſtu-
dio proſequutus es, expenſis interim tuis
minime parcens, vt iam achademia mexica
na non habeat quod magnopere ſalmanti-
cenſi (alioqui celeberrimæ) inuidere queat
Quo factum eſt, vt iſto fauore incenſi multi,
non conquieuerint, donec tuo nomini ſa-
crata omnis generis ſcripta publicauerint
quibus ſors noſtra (vnde altera gratulatio e
manat) non in annos modo, ſed prope in
dies te (vti cœpiſti) aſpirante fœlicior

ſit futura. Ex vtroq; igitur (ne tertium ſileam) veluti aureum & beatiſsimum, cui gratulatio etiam ſuo iure debetur, ſeculum noſtrũ reditur & veluti cõflatur: in quo quod in multis aliis non acciderat, cum omnis diſciplina, tum etiam omnis virtus ſic floret: vt vtraq; non aliunde veniſſe, ſed mexicæ nata videatur. Porro aũt cũ nihil pinde ĩ principibus ſubditi amẽt, & exoſculẽtur ac ĩ ſuſcipiẽdis muneribꝰ etiã q̃ paſtoris ad Artaxerxẽ vilioribꝰ hilarẽ & gratũ animũ: feceris, quod magnanimitatem tuam decet, ſi quę tua gratia, a doctore Brauo opera ſunt edita, vna cum ipſo autore, benigne humaneq; ſuſceperis: facturus & ipſi & aliis quam plurimis ingenteis animos, vt multa plura, longeq; maiora nomen tuum vbiq; gentium euulgatura: tibi conſecrent Habes princeps omni virtutum genere ornatiſsime, quę incõſcribenda hac epiſtola mens mea fuerit: iã aliud etiam procerto habe: me quem tibi plurimis & magnis beneficiis deuinxiſti, dum ſpiritus meos regerit artus, vel Hiſpana vel latina oratione nunquam non, tua rara, & pręclara merita (ſi quid id ad ſplendorem tuum facit) ne ipſe officio deſim, perpetuo prędicaturum, Bene vale & huius or

bis & huius ſeculi decus & ſplendor

¶ IN LAVDEM CHRISTIANI
ſſimi, & excellentiſſimi domini, domini Martini
enrriqui, huius noui orbis, Indiarumq́
pro rregis Melchior tellez?

Orbibus etheręis, ſuperum penetralibus altis,
pro regni mutas credita iura tui.
Imperium, īperio, ſceptro. & diademate ſceptris,
& diadema paras: vtraq́ regna feres.

¶ In laudem ſapientiſsimi, nec non grauiſſimi
doctoris Franciſci braui medici melchior tellez,
quo pacto mors ingenio, & induſtria autoris ab
hoc nouo orbe victa profugerit.

Siſte gradū lybitina, manus compeſce cruentas?
& grauis imperij iura ſuperba tui.
tranſfer ad externos, vbi bellica fulmina mauors
torquet, vbi horriſonis ictibus arma quatit.
tranſfer ad grati neptunia regna tridentis,
alta vbi pręcipitans ſydera pulſat hiems.
tranſfer ad immenſos erebi, loca condita, tractus
quos colis, ille opifex hec tibi regna dedit.
atq; alias vrbes, lateq́ potentia funde.
oppida regalis, magnaq́ ſceptra domus.
tu tamē Indiacis monſtrum hoc trepidabile terris
preijcis o doctor, ſacraq́ ſigna geris.
quę tibi nūc laudes? quis honos? q̄ laurea danda ē.
pro morte extincta? vita beata poli.

¶ In laudem artis appollineæ, eodē Melchiore tellez autore ꝙ apollo non ob res pręclare geſtas, ſed medicinæ inuentionē immortalitate fuerit donatus

nectar & ābroſiā haud meruit thymbræus appollo,
quod fera pithonis contudit ora puer.
quod ve gigantee de uicit prælia gentis.
fulmina dum bello, vaſtaꝗ membra parant.
quod ve lirę tetigit cyllenia fila canorę.
aut aganippeas quod reſerauit aquas.
ſiue quod arcadibus leges, & iura tuliſſet.
ſiue quod iliacæ conditor vrbis erat.
ſed quia feruentis ſitientia guttura febris.
& docuit morbos arte leuare truces.
omnia appollineæ cedant, vt ſcilicet arti:
geſtaꝗ dent victas vtilitate manus.

¶ Aliud ad lectorem.

Bis duo percipies ſtudioſa volumina lector.
bis duo viuendi millia iura cape.
ſinochus, & pleuris, fiat quo tempore criſis.
aſper an oſſa rubus contrahat, an ne trahat.

## ¶ Primus liber in quo de morbo (tauardete vulgariter dicto) qui p hanc Mexicanam prouinciam vul gariter graſſatur copioſe agitur.

## ¶PRIMVM CAPVT, IN QVO de eſſentia morbi (qui vulgo Tauardete dicitur) copioſè agitur.




Cum enim morborum medela ex cauſarum ipſos efficiētiū propulſione, & abſciſione, cōſtet, vt Galenus diſerte probat, libro de ſectis ad Thraſibulum, & cauſe hac re abſcindātur, vt morbus propellatur: iure qui alicuius morbi medelam completam intendit, a morbi ipſius cognitione debet incipere ac morbi ſpeciem, formāq́ prius īdagare. Nam incognita natura, ſeu ſpecie morbi innane iudico

morbis quenq́ʒ mederi debite poſſe.
Hac de re quatuor in preſenti libro e
runt a me enodanda. Primo itaq́ʒ hu
ius morbi populariter graſſantis (q̇
Lauardete vulgo dicitur) ſpeciem,
formam, eſſentiamq́ʒ, ⁊ quo nomine a
pud antiquos medicos, ita grecos vt
Arabes nominetur, in quaqʒ morbi
ſpecie: erga ipſos conſtituatur, expo
nam: in ſecundo ſigna proponam, qui
bus nos in huius morbi notitiam faci
le veniamus, tam propria q̄ʒ commu
nia. Deinde cauſarum, ex quibus hic
morbus oriri frequenter ſolet ratio
nem tradam: vltimo veram eius cura
tionem, ac appoſitiſsimam remedio
rum congeriem ex græcorum, ⁊ Ara
bum medicorum libris potiſsimum re
ceptam adducam: vt ex his omnibus
probe ſcitis, facile quis ab hinc huic
læthali morbo ſuccurrat, ⁊ miſeros
ho

Quatu- or trac tanda in p̄ſenti libro.

homines a tam graui accidentium ſe uitia vidicet, quod eſt noſtri libri præ cipuum. Ad penſum itaq; accedẽtes, vt veram huius morbi ſpecie, & natu rã inueniamus: oportet nos prius ꝓpo nere modũ, & formã inuaſionis accidẽti um exteriorũ, q̃b9 hic morbus ex coĩ oĩ & quotidiana experiẽtia ſolet inuade re, & ægrotantes affligere: vt ex his, & ſua frequenti inuadendi formula poſ ſimus cognoſcere, & qui morbus ſit, & ad quam ſpeciem apud priores me dicos redigatur: ſiquidem nos artifi ces ſumus ſenſuales. qui ea, quæ ſen ſibus prius innoteſcunt, indagamus: ac ex ſenſibilibus manu ducti ad in ternas morborum ſpecies indagan das mouemur: quæ lex ita no bis in vſu eſt, vt ſine ea, nec mor bum adhuc minimum cognoſcamus. Modus igitur, & forma inuadendi ta

Quod ẽ ꝓcipuũ huius li.

Modus inuadendi huius morbi apud populares

lis eſt, occupat frequenter hoc morbo affectos, febris intenſa ſatis, que ſine intermiſsione eodē tenore ad plures dies extēditur. ¶ Cū venarum maxima repletione, ac extenſione, cum intenſiſsimis corporis totius tēſiuis laſsitudinibus, & doloribus, precipueq́ capitis, in quo maxima grauitas, & dolor affiguntur, & ſepiſsime cum ſubethicis, aut comatoſis ſimptomatibus & delirijs, cum maximo faciei rubore, cum vrina craſſa, & colore rubra, cum pulſus magnitudine, vehementia, velocitate, ac crebritate, cum cordis anxietatibus, cum inexplebili ſiti, ac lingue nimia ariditate, aſperitate, ac nigredine ex humorum aduſtione genitis, & grauitas in temporibus, & calor intenſiſsimus totius corporis: ita vt vri videantur & accidit eis difficultas loquendi, & anguſtia in ſpiritualibus,

bus, cui morbo his omnibus acciden
tibus vexanti euenit, vt prima die, vel
ſecunda, vel tertia, vel quinta, vel ſep
tima: ⁊ ſic de alijs diebus erūpāt per
vniuerſam corporis cutem: puſtulę cu
licum morſibus ſimiles, aliquando ru
bræ, vel liuidum, aut nigrum colorem
præſeferentes cum accidentium maxi
ma intenſione, ⁊ ſeuitia. Hic eſt mo
dus inuadendi huius morbi apud po
pulares, ex qua inuadendi forma ap
paret certo morbum hunc eſſe febris
ſpeciem, quam Græci medici ſinochū,
ſeu continentem ex ſanguine putreſcē
te obortā appellant, ⁊ Arabes febrē
ſanguinis putreſcentis dicunt: quod
verum eſſe, vt facile quis intelligat,
Galeni ⁊ aliorum medicorum teſtimo
nia, quę d̄ hac febre ſanguinis, ſeu ſino
cho putrido adducuntur, afferā: per
quæ exploratum inueniet, hūc morbū

Quod hic nr̄ morbus ſit ſino chus ex ſanguie

eſſe febrem ex ſanguine putreſcente, aut ſinochum putridum: cum eadem ſit forma, quam iſti autores de febri ſanguinis adducunt, cum forma inuaſionis huius morbi. Quod vt notũ omnibus euadat a grauiſsimo galeno initiũ faciã, q̀ li. 9. d̃ morbis curãdis. c. 4 vbi de iuuene paleſtre pærito patiẽte febrẽ ſinochũ ex ſanguine ſermonẽ habet his verbis, Ergo qui paleſtre pius iuuenis erat, vbi febricitare hora noctis prima cepiſſet, poſtridie eum mane circiter horam diei tertiã vidimus: cum autem inueniſſem febrem ad modum calidam, ſed pulſus æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehementes: tum caloris qualitatem quæ tactu minime morderet, & infra parum de eadẽ febre cũ igit̃ rubicundus, plenusq; homo appareret atq; etiã ſenſu plenitudinis ſe pcipe diceetiam

Galen.

retꝛ ⁊ infra parū. ¶Cū aūt veſpi ſimilē vigorē tueri febris viſa ē, ſeu nihil ſenſibiliter remittēs: ſuſpicio iā erat, ſi no chū eſſe hāc, ⁊ īfra ꝺ eadē febre ſic. Erat tñ eſtus ipſi laborāti ītolerabilis, vrgebatq; tū tenſio totius corpis, vt pote repleti: tū capitis pulſatio, atq; ob hæc grauis vigilia iuuene ī aliā, alias ſe figurā iactāte. Et arabs Auicena q̄ fen pma trac. 2. li. 4. c. 46. ꝺ febre ſanguinis, ſic ait Attēde hāc febris ſanguinis formā ab Auicena relatā: q̄ maxime morbo de quo agimus conuenire videt. Signa, inqt, febris ſanguinee ſunt adherētia febris, ⁊ rubedo faciei, ⁊ oculorū, ⁊ īflatio venarū, ⁊ tporū, ⁊ repletio cōpleta abſq; rigore: ⁊ nō ē ſudor niſi apꝺ criſim, ⁊ multotiēs aſſociat ei pruritus ī naſo, ⁊ ī loco colli (ī quo ponūtur vētoſe) ⁊ ꝯſtrictio in anhelitu: ⁊ ſepe accidit ei ſꝑ fūdi Auicen.

 tas

tas ſomni, & difficultas ſermonis (& eſt malum) ſimiliter apoſtema gutturis & ouarum agmidalarum, & vbe, & curſus lachrimarum, & caliditas eius eſt plurima propter humiditatem vaporoſam, & pulſus eius eſt magnus, lenis, plenus, velox, frequens, valde diuerſus, non plurime diuerſitatis, & illius, q̄ ex ea eſt aputredine caliditas, & accidentia ſunt vehementiora, per que Galeni & Auicene teſtimonia liquido conſtat noſtrum hunc morbum febrem ſanguinis ſeu ſinochuz eſſe cũ accidentia omnia, que ab his grauiſſimis autoribus ponuntur, eadem ſint q̄ i noſtro hoc morbo eueniũt. Quod

Raſis. Raſis non contẽnende inter Arabes autoritatis vir idem inſinuat, libro decimo ſeptimo continẽtis, capite quarto de febre ſanguinis: ſic, & poſsibile eſt, q̄ cognoſcatur ſpecies huius febris in

in primo paroxiſmo, quia apparet corporis, & venarum repletio, tactus calidus, rubedo oculorum, ſtrictura anhelitus, & caliditas vaporoſa: & parum infra ſic, in dictione prima ſpecierum febris habetur, quod cum apponitur manus ſuper patientem ſinocham ſentitur eius caliditas, ſicut ignis, & inflāmatio, & pulſus magnus, velox, & ſpiſſus, & parum infra de ſentētia Iudei. Iudeus inquit: ī ſinocho apparet corpus patientis inflatum, rubeū, vene replete, pulſus ſicut balneati, & oculi rubei, & dolor capitis, & accidit eis ubeth & eorum loquela eſt grauis: in eadem ſententia eſt peritiſsimus Arabs Haliabbas, libro ſue theorice octauo capite quīto, de ſignis febris ſanguinis, ſic. Que ex ſāguinis fit putredine ſignificatur quoniam egrotans in corpore inuenit grauitatem, pigritiā, fre

Haliabbas.

quen

quenti vtitur anhelitu, anguſtationē patitur, ſciſsiones, ſitim, oculi eius rubei, veneq́; & facies, & omne ipſius corpus ad ruborem declinat tumido ſimile: vene quoq; plene ſūt, pulſus magnus, & multe varietatis, vrina rubra, ſpiſſa, q̄ oia tam prolixa oratione citauimus, vt nobis oībus ſī cōfeſſo ſit ac ſine heſitatione credamus, morbū hunc per hanc vrbem graſſantem, eſſe febrem ſanguineam ex ſanguinis vitio & corruptela emanantem. ¶Cum abunde teſtimonia horum autorum a me citata demonſtrent, quod ex ſimptomatum analogia, quam febris ſanguinis habet cum hoc noſtro morbo liquido conſtet.

## ¶SECVNDVM CAPVT. IN quo quid Arabes medici ſenſerint de hoc noſtro puſtulari morbo

¶Quam

exponitur copioſius.



Uam de-
niqȝ meaȝ
ſententiaȝ
veriſſimã
eſſe, ac ſu-
perioribus
medicis ꝯ-
ſonã in po
ſtrema cal
ce inſinua
bo ex eiſ-
dẽmet autoribus, adducamqȝ autori
tates horum virorum in quibus ꝺ hac
febre ſanguinis cum his puſtulis, text
turis combinata agunt. Ut liquido
conſtet ſolum in his febribus ſanguine
is ſolitas eſſe apparere has puſtula-
rum eruptiones. De quibus in
preſentiarum eſt nobis ſermo.:.

Raſis. Raſis decimo ſeptimo continentis, capite quarto de febre ſanguinis ex ſententia Tabri ſic ſcripſit. Tabri ſigna ſinoche ſunt rubedo faciei, & oculorum, & eorum inflatio, molities cutis, & eius caliditas, & repercuſsio in capite, & ipſius ponderoſitas, pulſus plenus, & vrina rubicunda: & dixit cura huius eſt, phlobotomare, & infrigidare, & ſpargere ſupra caput: oleum roſaceum, & acetum vini: ſi vigilie aſfuerint: infrigidare ſepe cameram cũ aq̃ frigida, & ſimili, & regere cũ aqua hordei, & reliquis ſibi ſimilibus. Et ſi patienti hanc febrem accidũt ſubeth, & vigilie propter multum motum per lectum, & venter eſt inflatus, & ſonat, cum repercutitur ad modum timpani vel eſt molis inflatione non ceſſante, & apparent in corpore, id eſt, puncta minima: ſicut morſus pulicis: recede

ab eius cura. Hactenus Raſis. Per que verba luce notius eſt Raſim eui denter intellexiſſe morbum illũ in q̃ uo puſtule he culicum morſibus ſimiles apparent, procul dubio eſſe febrem ſi nochum ex ſanguine putreſcente: q̃d nos in preſenti monſtrare conemur, quod eiſdem verbis cõfirmat Raſis eodem capite paulo infra ſic dicitur in libro de electionibus. Hec ſunt ſi gna febris, ſanguinis apoſtema in pa lato, & agmidalis: lachrime oculorũ, grauedo capitis, rubedo faciei, & pro prie in maxillis, eminẽtia venarũ ocu lorum, & temporum. Et poſsibile eſt, quod eueniant cũ hoc bothor parua in facie declinantia ad rubedinem, & viriditatem. Quorum verborũ ſeriē Auicena trãſtulit capite quadrage ſimo quinto de febre ſanguinis vlti mis verbis ſic. Et quandoq; accidit

Raſis.

Auicen.

in

ſin ea profunditas ſomni, & inflatio ve
tris, ex qua prouenit, ſicut vox timpa
ni, & non deponit eam ventris ſolutio
cum rarificatione & quando ſolutio
ventris non valet, deinde egreditur a
ſaf viridis, lata, & proprie eſt de ſigni
mortis. In quo loco has puſtulas in
hoc morbo, & febre hac ſanguinis eru
pentes appellat Auicena aſaf, & Ra
ſis culicum morſibus ſimiles, & Bo
thor. Et quod Raſis dixit: Recede ab
eius cura. tranſtulit Auicena eſt de ſi
gnis mortis idem inſinuat ipſe Philo
nius in ſua practica libro ſeptimo de
iudiciis ſinochi ſic, Quando appare
puſtulę liuidę aut nigrę ſignum eſt
mortis. In quo loco eodem modo quo
Raſis, & Auicena in ſinocho ſolum fe
bre ſolitas eſſe euenire has puſtularũ
eruptiones, & lethalia, ac peſtifera eſ
ſe ſcribit. Ex his certo deſumimus has
pu

Puſtulæ in hoc morbo erumpẽtes ab Auicen. Aſaf nominãtur & a Raſi bothor & culicũ

puſtulas ab Auicena appellari aſaf. a Raſi bothor. & puſtulas culicū mor ſibus ſimiles, & ī febre ſanguinis, & nō ī alia febris ſpecie euenire. Unde meri to Hieronimus Fracaſtorius veronē ſis medicus in ſuo de ſimpathia, & an ti pathia rerum libro, capite ſexto, vbi primus ꝙ ſciam modernorū de hoc morbo (quem Tauardete dicimus) ſcripſit febrem puncticularez, aut len ticularez appellans propter puſtulas quas lenticulis, aut punctis aſsimila ri dicit. In hoc loco hanc cōſtanter aſ ſeuerat habere analogiam ad febrem ſanguinis, & non ad alias febres.

morſi bus ſimi les.

Hieron. Fracaſt.

¶ TERTIVM CAPVT
In quo ſententia Græco rum adducitur de hoc mor bo.

¶ Poſt

POſtq̃ ia
ȝabim a
ous ſit,
quomo
io arabe
euȝ appe
lauere, o
rimus. T
dendum
nobis eſt,
Galen. quomodo ab hipp. & Galeno ſit nu
cupatus Galenus de hoc noſtro p
ſtulari morbo ſerioſe ſcripſit libro ſe
to epidemiarũ, cõmẽtario primo, c
textu vigeſimo nono: in expoſition
textus Hippocratis, qui ſic icipit. F
bres alie mordaces ſunt manui, ali
mites. &c. In hoc textu hipp. memo
tur cuiuſdam ſpeciei febris, quá P
phigodes grece appellat, Galenus
in commento per hanc febrem pẽp
god

godicam intellexiſſe Hippocratez febrem peſtilentialem quæ cum prauis puſtulis euenire ſolita ē ſcripſit his verbis. Igit̃ veriſsimlimū eſt febrē pēphigodicā dictaz eſſe, aut ſpirituoſam, quæ ad tactum referatur, aut peſtilentem. In ſermone autez cum huic voci pēphigodes hæc terribilis adiecta ſit, ſola peſtilens febris denotatur, cuius ab alijs calor per putredinis excellentiam differt: ſicut in hac noſtrę tempeſtatis lōgiſſima peſtilentia viſum eſt, atq; idcirco neq; calidi, & perurentes, q̄ peſte laborabāt, tāgentibus videbantur: q̄zuis interius magno flagrarēt incendio: & exterius quidem tangenti corpus, neq; valde calidum erat, neq; viride ſed ſubrubrum, liuidum, puſtulis exiguis, & vlceribus efloreſcens. Hactenus Galenus, in qui

buſ verbis indicat, puſtulas has e
uenire ſolitas in febre peſtilenti, ⁊
ab Hip. appellatas hoc loco pēphix
⁊ febrē hāc cū puſtulis, febrē pēphi
godicā: pēphix enī apō gale. eodē lo
co puſtulam ſignificat, idē febris pē
phigodea, a ſimptomate, ideſt puſtu
laris a gale, ex Hip. interꝑtatione
appellat. De hac agitur memoria fe
ciſſe thucididē ātiquiſſimū hiſtorio
graphū. Galenus eodē cōmēto pa
rū ſupra ſcripſit ſic. Et quoniā cum
puſtulis febres a ſimptomate cogno
minātur, probabiliter ſane a ſimpto
mate: ipſum peſtilentes febres ōno
minari, intelligere poſſumus. Eſt
enī re vera, ⁊ hec vna febris ſpecies.
Quod aūt in ipſa puſtulæ oriantur,
⁊ thucidides teſtatur, ita ſcribens.
Et exterius qdē tā gēti corpus, ne
qꝫ valde calidū erat, neqꝫ viride
ſed ſubrubrū, liuidū, puſtulis exigu

poſtula in hoc morbo cueniēs pēphix ē ab hippo. & gale. dicta.

Thucididis ſentēcia de hoc morbo.

is

is, & vlceribus efloreſcẽs. Hactenꝰ galen. Idẽ ab hipp. notatur ſcđo de morbis vulgaribus, parte. 3. his verbis. Fiebãt aũt in febribus ęſtiuis circa ſeptimã, octauã, & nonã diẽ aſpretudines ĩ cutẽ miliaceę, culicũ morſibus maxime ſimiles, nõ valde pruriginoſe: hæ pſeuerabãt vſq; ad iudicationẽ, nulli eqdẽ maſculo tales erupiſſe vidi. Mulier aũt nulla mortua ẽ cui hæ fiebãt, & graui auditu pdite, & ſoporoſæ erãt, ex quo loco euidẽs ẽ has puſtulares febres ab hipp. aſsignatas, & puſtulas erũpẽtes culicum morſibꝰ a beo aſimilari. Quæ febriũ cõſtitutio eadẽ vere ẽ, d qua nos ĩ pñſenti agimus, ex qbus verbis notũ euadit hip. & gale. has febres cognouiſſe cũ eas ĩ ſtatu peſtilẽti euenire aſſeruerit, & febres peſtilẽtes puſtulares appellẽt, & grece pẽphigodes: quos locos maxie antis medicis millies legi

Vbi hip. de hoc morbo.

opto. vt intelligāt quo nomine apđ antiquos medicos, ⁊ qua ſpecie cōſtituatur hæc noſtra, de qua agimus febris. Quos imitatus ē grecus Aetius quaternione ſecundo, ſermone primo, capite centeſimovigeſimonono, in quo loco de puſtulis his in febribus euenientibus egit ſic. In febribus aſsidue fiunt puſtulę circa labia, ⁊ naſum iuſta febrium ſolutionē verum in principijs febrium non ſimpliciorum, ſed a prauis humoribus ortarum circa totum corpus, exoriūtur viuices ſimiles culicū morſibus, in malignis autem, ⁊ peſtilentibus febribus exulcerantur, omnes vero multitudinis corrupti, ⁊ habitum erodentis humoris ſigna ſunt. Per quæ verba clare inſinuat nobis, ſe, has puſtulas cognouiſſe, ⁊ in peſtilētibus, malignisq; febribus euenire ſolitas

Quo Aetius de hoc morbo.

ſolitas eſſe, quas hoc loco Aeti⁹ culi cum in orſibus aſsimilauit, Hippo cratem ſequutus textu ſuperiori, a quo harum puſtularum nomen cla turam accepit. Quod vero hæc pu- ſtularis febris i genere ſit febris ſan guinis conſtituta, vt probare intẽdi mus. Galenus clariſsimo ſermone firmauit, vt nullum aliud teſtimoni um a nobis inquiri ſit neceſſe, libro quinto methodi, capite duodecimo. In quo loco ſic ſcripſit. Cæterũ qui ex peſtilentia hoc vitio laborarunt, propterea facile mihi ſanati viden tur, quod præexiccatum his, prepur gatumq; totum corpus fuerit: quip pe cum ⁊ vomuerit ex his nonnulli, ⁊ omnibus venter profluxerit, at- q; cum ita iam vacuati eſſent iis qui euaſuri erant puſtulæ, quas exãthe mata vocant, toto corpore conferti

Aetius i appella tione ha rum pu ſtularũ ſequu- tus Hip po.

Inſinua tur vbi Galen. hũc mor bum in genere febris ſã guinis cõſtitu eret.

multę apparuerunt, vlceroſe quidē plurimis, omnibus certe ſiccę, ex ſ[...] ſerie galeni poſtq̄ȝ has puſtulas in hoc morbo peſtilenti eueniſſe aſſeue rauit, ſtatim ſic ait. Eratq́ȝ intuenti preſpicuum reliquias eſſe ſanguinis qui in febre putruerat, per quæ ver ba indicat, puſtulas has euenire ſo litas ex ſanguinis putredine, cuȝ ex ſanguinis putridi reliquijs fieri in hoc morbo dicat, ⁊ inſinuet: hanc fe brem peſtilentem puſtularem, eſſe febrem ſanguinis. Qui locus ita pa tens eſt, vt nulla alia egeamus mon ſtratione. De quibus febribus pe ſtilentibus ſimul cum puſtularum exitu copioſe ſimiliter loquutus eſt

Id: 31. galenus libello de atrabile: capite quarto ſic: ex leoniceni traductione. Eodem autem modo quęcūqȝ egri tudines fiunt, ſecundum calidam, ⁊ ſiccam

ſiccam tẽperaturam, quales ſunt febres ardentes, (græci cauſones vocant) craſſum: ac nigrum ſanguinez efficiẽtes: talem vero ſanguinẽ reddidit hęc longa quæ in longa eſtate facta eſt: peſtilentia in qua non pauci, qui ſaluati ſunt per aluum inferiorẽ deiecere ea: quæ nigra vocantur: ut plurimum in nona die: vel ſeptima, vel undecima quorum et ipſorũz plurime apparuerũt differentiæ cuz nõ nulla ad nigræ bilis naturam maxime accederent: nonnulla vero neqz in dejectionibus mordacia ſentirentur: neqz male olerent, plurima vero eorum media inter hæc eſſent conſtituta: quicunqz vero ægroti per aluũ inferiorez talez nõ habuere excretionẽ his ĩ corpe puſtulis, (q̃s greci exãthemata vocãt) q̃dã ſimilia apparuerũt talis ẽ horũ ꝯ horũ galen. libro

 de

de atrabile iterpretatio apud Leo nicenum virum doctiſsimuꝫ in apo logia ſua contra obtrectatores, ad quem locum lectorem mitto. In qui bus verbis Galenus dicit, quemad modum, ⁊ quito methodi. puſtulas has quas exanthemata vocat, eueni ſſe in febre ex ſanguine peſtilenti, ⁊ ſatis apparet ab Hippocrate ap pellari hunc morbum febrem pēphi godes, ⁊ a galeno hoc modo. ⁊ febrē ſanguinis peſtilentem, ⁊ puſtulas in hac febre emergentes a Galeno no minari exāthemata, ⁊ ab hipp. ⁊ Ae tio. Puſtulas culicum morſibus ſi miles, a quibus viris ſumpſit Raſis loco ſupra tradito hanc haruꝫ puſtu larum appellationem, ex his conſta re ſatis ſuperqꝫ video, quo nomine apud Arabes indicetur hic morbus ⁊ apud Grecos, ⁊ qua ſpecie febris apud

Galen. has puſtulas vocat exāthemata.

Raſis nomen harum puſtularū ab Hip. & Aetio ſumpſit.

apud hos indatur. Ex quo iuſte explodetur error Hieronymi Fracaſtorei loco citato, qui dixit: hūc morbum nouum eſſe, & nouiter in Italia apparuiſſe, cum ante nos antiquiſſimis medicis ſit maxime cognitus, vt ex ſuperioribus liquet. Expedit vt ad alia ſcitu neceſſaria ſermonem conuertamus. No. Hiero. Fra.

¶ CAPVT QVARTVM QVOD indicat hunc morbum eſſe ex genere febrium ardētium.

Ex ſuperiori Galeni authoritate conſtat, febrē hanc cum exanthematibus, ſiue puſtulis euenientem appellatā cauſonicam, ſiue ardentem febrem: vnde hec noſtra febris merito cauſon, ſiue febris ardens eſt, quod ita eſſe Galenus preter hunc locum nobis inſinuauit, prima aphoriſmorum ſectione

Febris hæc nr̄a puſtularis merito ē cauſon ſiue febris ardens.

ſtione, contextu vigeſimo tertio ſi
Sāguinem mittes ad animi vſqꝫ de
liquiū, in ardētiſsimis febribus, in a
cutiſsimis doloribus, in vehementi
ſsimis inflammationibus, in quo lo
co ardentiſsimas febres, ſinochos
ex ſanguine vocat: cuꝫ de his galenū
hoc loco intellexiſse omnes medic
ſine diſcrimine dictitent, quē ſenſum
habuiſſe galenum ſimiliter dicunt
ſecundo libro de criſibus capite ſep
to, vbi ſinochum ex ſanguine ſecud
cauſonis ſpeciem apellaſse aſſerun
his verbis. Cum vero neqꝫ declina
tio aliqua ſenſibilis fiat: ſemper ve
ro a primo principio febris vſqꝫ a
criſim ſimilis perſeuerauerit, erit c
hæc ex genere febrium deurentiu
ab eiſdē vero acutie differt. &c. per
verba dicunt iſti galenum ſinochum
ex ſanguine febrem ardētem, et ca

ſon

ſonicam apellaſſe, in quo textu maxime deceptos fuiſſe affirmare auſim, & Franciſcum valleſium medicum noſtra ętate nemini ſecundum libro quarto ſuarum controuerſiarum capite vigeſimo ſecundo de ſinocho, & ardente febre, et franciſcum valeriolaz, qui ſerioſe ſatis intendũt probare galenum in hoc textu de ſinocho ex ſanguine putreſcente loquutum. Verum petita venia maxime a galeni ſenſu recedunt, cum galenus eo in loco non de ſinocho ſanguineo, ſed bilioſo meminerit: & talem acutiorem: & ardentiorem tertiana continua ſcripſit. Quod ut verum eſſe omnibus ſit in confeſſo, ſciendu; apud galenum duplicez eſſe ſinochorum differẽtiam: alij qui ex bile fiunt, alij qui ex ſanguine, de ſanguineis ſinochis copioſe nono Methodi egit:

Notã. & Frãciſc. valleſius & vateriosa.

Duplex ſinochorum differẽtia apud Ga.

De

De biliſoſo vero ſinocho libro ſecun
do de differentia febrium, capite ſe
cundo præſpicue tractauit, ſic conti
nuarum autem quæ ex flaua bile pro
ueniũt, duplex eſt ſpecies. altera ea
rum quæ a continuo feruore ſinochę
appellantur, quarum vniuerſum tē
pus in vna conſumitur acceſsione,
quæ a principio ad finem pertingit:
altera earum que idem cum genere
nomen ſortiuntur, & continuæ appel
lantur, atq; in pluribus circuitibus
cõtinetur. &c. In quo textu luce cla
rius Galenus biliosas febres conti
nuas duplici ſpecie diuiſit in eas, q
nullum circuitum habent, ſed in vni
ca acceſsione ſolum finiuntur, quas
ſinochos appellat, & in eas quæ per
circuitus mouentur vt tertiana con
tinua eſt, in quo loco Galenus de bi
lioſo ſinocho meminit, quod eſt ad
uerſu

uerſus noſtrum Valleſium, qui aſſe-
ruit capite ſupra adducto Galenuꝫ
neqꝫ in opere, quod ex profeſſo fe-
brium differētijs deſtinatum eſt, ne
qꝫ alicubi de tali ſinochæ bilioſę ſpe-
cie loquutum, ac inter febres nullaꝫ
eſſe ſcribit: quæ repetitionibus, aut
accretionibus careat præter febreꝫ
ſanguinis, cuius rei contrarium ex
hoc Galeni loco deſumimus, & ratio
ipſa præter galeni teſtimonium ma
nifeſtat, cum ratio febrium cōtinua
rum, intermittentium, & ſinocharuꝫ
non ex humoris ſpecie, ſed loco vbi
putreſcit humor oriatur, cum conti
nuarum ratio in hoc, quod humor in
vaſis a corde diſtātibus, & minimis
putreſcat: conſiſtat, & intermittenti
um ex eo, quod extra venas, ac vaſa
putreſcat, ſinochæ vero ab eo, quod
in omnibus vaſis, aut cordi, inguini
bus

Q͞d galenus ſinochi bilioſi meminerit aduerſus Valleſiū

A quo ſtimatur ratio febriū cōtinuarū ītermittētiū, & continētiū.

bus, & alijs propi͂qs inhæreat, deſu mitur hocq; ſatis a galeno, & libris de criſibus, & d febribus, & nono metho di eſt proclamatum. Cũ itaq; ratio continentis, ſeu ſinochæ febris non ex humore, ſed ex loco ſit, videtur ac ceptũ poſſe ex alio humore p̄terq̃ ex ſanguine ſinochum fieri, cũ bilis po ſsit (inſtar ſanguinis) in omnibus, aut maximis vaſis, q̄ circa cor ingui na, & alas conſiſtunt, putreſcere: & ſic febrē bilioſam continētē, ſeu ſino chũ facere. Quis enim tã vecors eſt, qui hæc nõ percipiat, aut rerũ euidē tiam neget? nec licet galenũ talis in ſcitie accuſare, cũ ne ꝙ; hoc tantũ vi rũ latere poterat. Ex his facile diſ mimus Galenum præter ſanguine um ſinochum & bilioſi meminiſſe, & maxime deceptum fuiſſe Valleſium, ſolum ſinochum ex ſanguine ex mēte galeni

Bilis po teſt, (in ſta ſan guinis) in omni bus va ſis, aut maximis putrere

galeni annotauit, Cum itaq; gale nus ſecundo de criſibus, capite ſex to de cauſonis ſpeciebus ageret: poſtq̄ iam febrem tertianam conti nuam cauſonem in exquiſitum nomina uit, ſtatim de alio intēſiori, & acutio ri cauſone tractans ſinochi biliosi meminit, & non ſanguinei, vt viri iſti contendunt. Cuius textus verā ſeci mus expoſitionem, vt ex eo liqueat hallucinatos fuiſſe hos viros: ſic eni Galenus ait. Cū vero nec declina tio aliqua ſenſibilis fiat, ſemper vero a primo principio febris vſq; ad cri ſim ſimilis pſeuerauerit: erit & hec ex genere febrium deurentiū, ab eiſ dem vero acutie differt. Sed neq; in primo die, neq; in ſecundo eſt hu iuſmodi febrem præcognoſcere, neq; ali ter vtile: ſufficit eni genus agnoſcere quod ſcilicet biliosa ſit, atq; deurēs

Sinoc ī bilioſus acutior ēterciā cōtinua cauſon.

Secūdo de criſi-bus. c. 6 de bilio ſo ſino-cho, & non ſan guin. ga le. eg it.

euacuata, &c. Ex quo textu euidēter liq; Galenū de bilioſo ſinocho egiſſe, & non de ſanguineo. Nam quidqu ſo verba hec indicant: ſufficit enim genus agnoſcere, quod ſcilicet bili ſa ſit, niſi quod febris hec de qua git biliosa ſit, & non ſanguinea. Si nim de ſanguinea febre loqueretur nequaꝗ morbum hunc in genere b lioſorum, ſed ſanguineorum conſti tueret. Genus enim rei, non ex eo quod extrinſice & ex accidenti adu nit ſumi debet, ſed ex intrinſeco: eu nit enim ex accidenti, vt febris e ſanguine bilioſus ſit morbus: nō v ro ſibi eſt proprium & intrinſecum Vide, ſi de ſanguineo ſinocho ſer monem haberet Galenus, genu morbi exponens minime bilioſum d ceret: cum ſic genus ipſius non pe ſd, quod ſibi eſt intrinſecum, ſed e

eo

eo, quod ſibi ex accidenti ineſt, indi caret, quod minime Galeno decet, cuius præcipuum munus fuit nomi num proprijs ſignificationibus vti. Improprium enim eſſet genus febris ſanguineæ per id, quod ſibi extrinſe cum eſt, ex accidentiq́ꝫ euenit nobis indicare. Unde non eſt, quod tantũ viribi torqueantur indicantes, an morbus hic acutior ſit febre ardẽte exquiſita, vel ſecus. Cum iam ſatis conſtet de acutiori, & intenſiori cau ſonis ſpecie in hoc textu locutuz fuiſ ſe, de qua prius in libris de febribus meminit, ac de ſinocho bilioſo egit, quem ſenſum in ſequuti medici Ara bes præcipueq́ꝫ Auicena fen prima quarti, tractatu ſecũdo, capite qua drageſimo ſecũdo de cauſone, inter cauſonis ſpecies hũc ſinochum bilio ſum adduxerunt. Hęc omnia ſicuti

Auice. de ſino- cho bili oſo.

c nobis.

nobis adducere aduerſus hos viros quilicet ſinochum ex ſanguine merito intendãt probare ardentem, et cauſonicam febrem eſſe, male tamen ex hoc textu deſumunt. Sed rogabit aliquis quare Galenus in hoc textu nullam de ſinocho ſanguineo mentionem fecerit, ac inter ardentes febres repoſuerit: cum ex ſuperioribus conſtet, febrem hanc ardentem eſſe: cui ita reponſum erit Galenum non de omnibus cauſonis ſpeciebus in hoc textu egiſſe: ſed de efficatioribus, et præcipuis: cum, nec de lypiria febre ſimiliter egerit, quam conſtat ex galeni mente cauſonicam, & ardentem eſſe. Habet eni hec febris omnia ea que ſunt de formali ratione cauſi ex Galeno libro quarto de acutorũ victu textu decimo tertio, videlicet intenſiſ-

Quare galenus. 2 de criſibus. c 6 iter cauſones ſãguinei ſinochi non meminit.

ſiſsimum interius cauma, ut uri vi
deantur, et ſitim inexplebilem, in Hippo.
quit enim Hippo. de hac febre lypi
ria, quarta aphoriſmorum ſectione,
aphoriſmo quadrageſimo octauo,
ſic in febribus non intermittentibus
ſi partes exteriores frigide, interio
res vrantur: et ſitim habeant, letha Galen.
le eſt: galenus in commento ſic. Vi
dentur ſiquidem in periculoſis tan
tum accidere febribus: vt quę cauſo
nes ab incendio nominantur vel ſi a
liter libet appellare, valde malig
nis, veluti lypiriis, nulla vero alia
corpus vrit intus cute perfrigerata.
Idem inſinuauit ſeptimo aphoriſmo Idē gal.
rum, contextu primo, ſic. Cum vero
iflammationis calor adeo vehemēs
fuerit, vt ad ſe trahat per modu cu
curbitæ ex toto corpore ſanguinem,
iis, qui ita ſe habent, viſcera prūtur

 extre

extremæ autem partes frigeſcũt pro
pter defectum ſanguinis ad viſcera
ſe recipientis, & eorum pleriq; neq;
tegumenta tolerant propter incen
dium, quod in viſcere ſentiunt. Id
indicauit commento ſeptimo prim
porret hic in expoſitione aphoriſmi
Hippocratis, qui ſic inſcribitur, qui
in hipochondrio refrigerata febre
ardores relinquuntur, tum alias, tum
Idē gal. in ſudoribus mali ſunt. Galenus in
commento ſic lethalis igitur cau
ſus interna quidem extorret: exter
na vero, nec mediocriter quidem ca
Hypiria feb. cauſon lethalis & exitialis lefacit: ex quibus omnibus manife
ſte liquet lypiriã cauſum eſſe letha
lem & exitialem, ideoq; non mirum
quod nec d mitiori cauſone, qualis
nochus ex ſanguine eſt, in hoc cap
te meminerit. Quod vero ſinochus
ex ſanguine mitior cauſus ſit Gale
nus

nus indicat commento quadrageſſi mo octauo: quartæ ſectionis aphoriſ morum. In quo loco poſtq̃ lethalem cauſonem externa ſolum refrigera reſcripſit: poſtea ſic ait, neq; enim mi tior cauſon, neq; tertiana, hoc faci unt quę duę febres pręcęteris ſunt calidiſsimę: in quo loco poſt duas cauſonis ſpecies lethalem, & tertia nam continuam mitioris cauſi memi nit ab his diſtincti, qui nullus alius eſſe iure poteſt niſi ſinochus ex ſan- guine, quem mitiorem appellat, quē locum a noſtro Valeriola relegi op tarem, vt ſciret omnium cauſonum ſanguineum eſſe mitiorem, ſed hæc omnia obiter dicta ſint, ad inſtitutū accedam, eſt itaq; febris ſanguinis, vt ex locis Galeni, quos ſupra me moraui innoteſcit cauſon, ſiue febris ardens. Ex his omnibus manifeſte liquet

Galen. ſi nochū ſāguine um, miti orē cau- ſonē ap pellaſſe aduerſus Valerio.

liquet, febrem ſanguinis cauſonem eſſe: licet non ita acutum ac mordacem vt tertiana continua eſt, neq; hoc alienum a ratione eſt, cum videamus febrem ſanguinis, qualis eſt hæc q̄ cū his prauis puſtulis, ſeu exanthematibus euenit, ſeui ſsimam, ac ardentiſsimaꝫ eſſe, caloremq; vehementiſsimum habere, ſitimq; inextinguibilem & inexplebilem ſimul cū linguę nimia ſiccitate, aſpredine, et nigredie. Quę p̄cipue accidētia eſſe ex ratione formali cauſi ſup̄ ex Galeno tuit videlicet cōtex. 13. 4. d acutorū victu: ex his ſimiliter liq̄t febris ex ſanguine putrido, licet ex ſua intrinſeca ratione vnicam habeat acceſsionem vſq; ad finem ſine intermiſsionibus, ac ex creſcentiis eundem ſeruātez tenorē: quod galenus libro nono methodi: & ſecundo de criſibus, & ſecun

Quæ accidētia p̄cipue ſint, ex ratione formali cauſi.

quando de arte curatiua, & alijs in locis ſcripſit, nihilominus ſæpiſsime propter conuerſionē ſubtilioris partis ſanguinis in bilem analogiam febris continuæ repræſentare, ac excreſcentias de tertio, in tertium ad modum tertianæ continuæ facere; inde q; euenit, vt ſæpiſsime in hac noſtra puſtulari febre ſanguinea, de qua agimus laborantes de tertio, in tertium incrementa febris habere inſpiciantur: in hoc q; attentos velim huius oppidi medicos. Quod euenit ex eo, quod pars ſubtilis ſanguinis putridi ī bilē verſa acceſsiones has de tertio ī tertiū efficiat. Aliquando vero nullā īcreſcētiā habet hęc febris, ſed ſemp eodē tenore affligit: ſanguinis ratione ex quo fit. Verum cum ſatis abūde de ſinochis febribus ex ſanguīe ſermonē habuerimus, ī q̄rū

genere morbum hunc noſtrum co
ſtitui liquet, cumq; hac ratione cau
ſonem, & ardentem febrem merito d
ſe cognoſcamus: ne ab ignotis pro
cedamus, quid febris ſinochus ex ſa
guine ſit, breuibus expediemus: con
tinuo affligentium febrium duplex
aſsignatur a medicę artis profeſſo
ribus differentia. Alia enim eſt, quę
proprie febris continua dicitur, cu
ius forma eſt, quod licet continuo ho
minem occupet, vſq; dum ex toto fi
niatur. Attamen incrementa, dimi
nutionesq; per tempora habet, et
hoc ſecundum humoris putreſcentis
naturam, & ſic harum febrium triplex
ſpecies eſt, aut enim de tertio in ter
tium incrementa, & diminutiones ha
bet, & tertiana continua dicitur: aut
quotidie hæc incrementa, & imminu
tiones habet, & quotidiana cōtinua
eſt.

Quę ſit cōtinuę febris forma.

eſt: aut de quarto in quartum increſcit, & minuitur: & quartana fit continua. Alia eſt, quę nulla incrementa, nullam imminutionē habet, ſed ſemper eodem caloris tenore affligit, neq; increſcēs, neq; ſimul diminuens: & hæc eſt, quæ cōtinens ſeu ſinochus ex ſanguine eſt, quę hunc caloris modum habet, cum ſanguis humidiſſimus ſit, hacq; re plurimum maxime q; putreſcit, & ſic multo tempore ſeruare in corde poteſt calorem præter naturam febrem efficientem, & eſumationem validam emittere cordi. Ad quod agendum facit hoc, quod ſimul ſanguis in vaſis omnibus, aut maximis, quæ ſunt circa membra præcipua cor, inguina, & alas putreſcat: hacq; re hunc febris tenorem cōſeruet. Continue vero in vaſis minimis & longinquis a corde ſuū eſſe putrefactum

Quæ ſit cōtinentis ſeu ſinochi febris forma.

factum habent, indeq; ex creſcen
tias: et intermiſſiones admittunt,
ſic ſe habent ea, quæ ad febris ſan
guinis cognitionem ſpectant. Qu
omnia tam prolixa oratione ſunt
me enarrata: vt huius morbi cogn
tionem ad manus ab hic habeamus
et cognoſcentes quid hic morbus ſi
ad propria capita recurramus. In
quibus de hoc morbo autores trac
tant, et ex his apoſitiſſima remedia
pro morbi fœlici propulſione eliga
mus, et ea: quæ a grauiſſimis viri
pro hoc propelendo morbo accura
te inuēta ſunt, methodice operemur
Ex quo eueniet vt ex mille hominib
quos hec lues inuadat vix vnus in
tereat. Iam quid hic morbus in ſpe
cie ſit abunde eſt a nobis diſputatus
ſupereſt, vt quid in genere ſit, enun
ciemus.

¶ Ca

¶CAPVT QVINTVM, EXPOnens hunc morbum eſſe ex genere febrium pæſtilentium, ac quodammodo pæſtilentem.

Morbus hic puſtularis ex genere morbi peſtilentis eſt, et ſemina habet peſtis quodammodo qꝫ pæſtilens eſt: et mediam obtinet naturam inter eos, qui vere pęſtilentes ſunt, ⁊ qui nō pæſtilentes: quoniam ab his multi quidem pereunt, multi etiam euadunt: vnde cōſtat mediam naturam obtinere inter vere mortales, et qui non mortales ſunt quatuor præcipue de cauſis innoteſcit. Pri

Qđ hic nr̄ morbus, ex genere ſit febris pęſtilentis, & pęſtis naturā ſapiat

Prima quia hic morbus cõtagioſus eſt, homineſq; cõtagio afficit, quod contagium ex natura peſtis eſt, deinoq; ad alios contagij vi procedit, pueroſq; citius afficit, quia ſubſtantiæ debilioris, & rarioris, & hac refacilioris ad imprimendum & ſimiliter adultos apprehendit: eos videlicet qui aptiores, promptioreſq; ſunt, ſecundum corporis diſpoſitionem ad hunc morbum contrahendũ. Quod vt galenus autor eſt primo de febribus, de peſtilenti febre tractans, citius affligit. Cum itaq; nobis ex frequenti vſu conſtet contagioſum hũc morbum eſſe: reliquũ eſt vt peſtilẽs quodammodo ſit, & naturam ſapiat peſtis: cum ſolum iſti contagioſi ſint prauę & peſtilentis putredinis vi attracta per inſpirationẽ. Febres etenim ex ſanguine putrefacto ſcimus

nullo

nullo modo eſſe contagioſas ex ſua natura, quod videre eſt apud omnes medicos in proprijs de hac febre capitulis, in quibus nullus habetur ſermo: quod ex ſe contagioſa ſit: relinquitur vt cũ hæc febris ſanguinis, quæ in noſtro euenit morbo contagioſa ſit, quod pæſtilens ſit, hocq́z addat ſupra febrem ſanguinis, eſſe videlicet peſtilentem, ſæuam, & contagioſam. Quod alia de cauſa liquet cum ita ſæuiſsimus hic morbus ſit, ac lethalis, vt plurimam partem hominum: quos inuadat tollat: maximiſq́z: et ſæuiſſimis accidentibus: et quæ vix medicamentis leuari poſsit vagans. Ex quo patet hunc affectuz peſtilentem eſſe: cum ratio formalis pæſtis: ut galenus diſerte probat libro primo de morbis vulgaribus in hoc conſiſtat: quod ex tali morbo ma

Qđ hic puſtularis morbus, ſi nochus, ſit peſtilentialis.

Quæ ſit rõ formalis pęſtis.

lor pars afflictorum intereat. Alia ratio eſt, quoniam hic noſter morbus non ſeruat unicum, et ſtatutum inuadendi tempus, videlicet vernum. In quo tempore galenus nono methodi, & ſecundo de febrium differentijs febres ſanguinis frequenter inuadere ſcripſit, hic vero noſter frequens eſt omnibus anni temporibus cum videamus frequentibus experiētijs ita verno, vt autumno, et æſtate, et hyeme in hac vrbe euenire, quod eſſe nullo modo poſſet, niſi quia peſtilens eſt, et cauſam habet continuo fouentem aerem videlicet peſtilentem, et corruptum qui attractus per inſpirationem continuo morbum hunc fouet, nec q̃ ſuum inuadendi ordinem ſeruare permittit. Accedit ad hoc pariter alia non inefficax ratio ac po

ſtre

ſtrema : quæ lucidius inſinuat, hunc morbum peſtilentem eſſe videlicet apparitio, eruptioq; illarum puſtularum: quæ in hoc morbo frequenter apparere, viſa eſt hęc indicat hunc morbum vere peſtilentē eſſe, cum hę puſtularum eruptiones ſæuis, peſtilentibus q; morbis, et in peſtilenti ſtatu efloreſcere ſit ab omnibus medicis proclamatum. Quod galenus teſtimoniis ſuperius actis, videlicet & libro de atrabile, & quinto methodi capite duodecimo, & ſexto epidemiarum, in quibus de hoc egit puſtulari morbo, ſeu per in peſtilenti cōſtitutione erumpere ſcribēs hoc Hippochrat. tertio epidemiarum textu ſupra tradito inſinuauit, idem Arabes medici ſuperiori ſermone compertum habuere, exitum harum puſtularum eſſe peſtilentem, ac

Quod eruptio hæc puſtularū ſolū in peſtilētibus morbis ſuccedat.

Hippo.

ac letalem intelligentes. Quem ſe
Fracaſ. ſum habuit fracaſtorius in ſuo de
morbo capite ſupra dicto: in quo a
uerat affectum hunc peſtilentem a
contagioſum eſſe et quod annis m
leſimo quingenteſimo vigeſimo o
tauo, et milleſimo quingenteſim
quinto i Italiam primum apparu
et ſæuiſſimis ſimptomatibus maio
hominum partem (ut peſtis agere
li a eſt) deuaſtauit. Quam affecti
nis ſpeciem ego ſimiliter ſum con
platus in ampliſſima ciuitate hiſpa
lenſi anno milleſimo quingenteſim
quinquageſimo tertio, quo anno p
mitus in hoc celebri oppido fæli
omine uſus medicos, ac praximere
cere incepi, quę affectio tam ſe
accidentium mole moleſtare cep
miſeros homines ut innumeros t
leret, ac nulla applicandi remedi
c

ob morbi ſęuitiam daretur occaſio.
Ex quibus certo conſtat morbum
hunc lethalem, ac peſtilentem eſſe,
quod ita intelligendum eſſe admo-
neo vt hanc febrem non vere peſtilē
tem eſſe credamus, qualis vera pe
ſtis eſſe ſolet, quę rariſſime ex tem
porum multorum interuallis ſucce
dit: ſed ſolum, quod rationibus, et
teſtimonijs a me allegatis conſtet
naturam peſtilentium ſapere et ma
lignam, ſęuamq; eſſe ęgritudinem.
Eſt itaq; morbus hic (quē vulgus
Tauardete dicit) vt epilogo quodā
quę a me ſuperius lōga oratione ſunt
enarrata colligamus, febris ex ſan
guine putreſcente ſinochus a gręcis
appellata, ac febris cauſon cōtagio
ſa ex genere febrium peſtilentium,
ac malignarum ab Hipp. et Gale
no penphigodes febris dicta.

## ¶ CAPVT SEXTVM, INDI-cans puſtulas apparentes in hoc morbo eſſe criſes & iudicia naturæ.

Cum itaq; hæc ſit mo
bi huius ſpecies, cert
cõſtat eruptiones illa
ſeu puſtularum appa
tiones culicũ morſibu
ſimiles, quę in hoc morbo euenire
lent, ⁊ apparere: aut primo, ⁊ ſecu
do die ſimul cum morbo: aut terti
quarto, quinto, ſeptimo, aut longi
his eſſe criſim, ſeu iudicium factu
a natura in his morbis. euenireq; p
ſtulas a natura propellente prau
⁊ peſtilentem humorem a partibu
internis ad partes extimas corpo
vi ſcilicet cutim: ⁊ ex purgante pa
tes internas corporis a prauitate, ⁊
mali

Qđ puſtulæ in hoc morbo apparẽtes ſit criſis, & iudiciũ naturæ.

malignitate humorũ. Quod inſinuauit Galenus, libro quinto methodi, capite duodecimo. Unde poſtq̃ in peſtifera illa lue exiſſe puſtulas nigras has, ſeu exanthemata ſcripſit: ſtatim ſic ait. Eratq; intuenti perſpicuum reliquias eſſe ſanguinis, qui in febre putruerat, quas veluti cinerẽ quempiam natura ad cutim truſiſſet ſicuti alia ex ſuperuacuis nonnulla trudit. Per quę verba indicat Galenus tales eruptiones fieri a natura trudente ſuperuacua ad cutim: quod Hippocrates textu ſuperiori, ſecundo Epidemiarum notauit, in quo dixit has puſtulas circa ſeptimã & nonam diem erumpere, quod ſignum eſt creticas eſſe, cum in creticis diebus erupiſſe dicat: quę quidem expulſio optima, & ſalutaris ẽ, cũ humorũ prauitatẽ ab ĩternis, videlicet

Galeni

Hippo.

Qđ hęc eruptio cretica puſtularũ ſemp ſit ſalutaris & ĩnoxia.

nobilibus membris ad externa ig
nobilia membra propellat, hāc cꝫ ta
lem euacuationem Galenus ſalu
brem appellare ſolet: et Hippocra
tes, dixit enim hipp. in prognoſticis
ſecuriſsimum vero exiſtit, ſi tumor, ⁊
ruborqꝫ maxime foras vertantur.
Quod licet de angina loquatur, de
omni foras expulſione intelligit, et
in ſexto aphoriſmorum aphoriſmo
vigeſimo quinto ſic. Eryſipelas ab
exterioribus verti ad interiora non
eſt bonum: ab interioribus autem,
ad exteriora bonum galenus incom
mento ſic. Non ſolum eryſipelas,
ſed aliud quodcūqꝫ, quod ex profun
dis, et principalioribus mēbris trāſ
fertur ad cutim, bonuꝫ eſſe ſignuꝫ ac
cauſaꝫ debemus exiſtimare. Quæ om
nia indicāt cōmodiſsimā, ⁊ innoxiā
eſſe expulſionē eā que a natura fit,
per

per quam humor ab internis ad externa diffunditur. Hac q; de re propulſio hec puſtularum in hoc morbo ſalubris eſt quia per eaz deponit natura prauum humorem ab intimis, ad extima. Quod aperto ſermone notabit grauiſsimus galenus capite a me ſuperius tradito, duodecimo videlicet capite, quinti methodi inquiens. His qui euaſuri erant, et a morbo liberandi in peſte illa puſtulas nigras quas exāthemata vocat, toto corpore conferti multas apparuiſſe, per que demonſtrat: exitum harum puſtularum in his morbis ſalubrem eſſe, & ſignum ſalutis future. Cum in his ſolum qui a morbo euaſuri erāt, dicat apparuiſſe, et efluxiſſe. Idem ab Hippocrate eſt celebratum, qui ſecundo de morbis vulgaribus a me ſupra tradito aſſeuerat Galen. Hippo.

has eruptiones ſalubres eſſe, cum
dicit nullam ex mulieribus, quibus
he puſtulæ exibant mortuam eſſe: vn
de mirari me ſubit grauiſsimi vi
Raſis, qui dixit capite ſuperiori, q
cum iſte apparuerint puſtule culic
morſibus ſimiles, quod ab eius cu
ra ſit recedendum. Et Auicene loc
vt ſupra, qui dixit eſſe ſignum mo
tis cum erumpunt, & Philonij, qu
hoc idem confirmauit, quaſi dicer
morbum iam eſſe lethalem, & non cu
ratu dignum. Que aperte militan
aduerſus Galenum hoc loco, qui p
tius dixit: has exituras ſalutares e
ſe, & ſignum ſalutis: niſi forte dic
mus has puſtulas per modum cauſ
bonum eſſe ſignũ, & ſalutare. Quo
Galen. Galenus dixit aphoriſmo vigeſim
quinto, ſexti aphoriſmorũ ſupra dict
quo aſſeruit ꝑ modũ cauſe bonũ eſ

ſignum

ſignū erūpere humores ab internis ad externa q̄ demonſtrant naturaꝫ deponere praui causam ad partes extimas: attamen per modum ſigni prauas eſſe, cum denotent morbum eſſe peſtilentem, ⁊ malignum. Cum ante exitum harum non appareret, aut conſtaret talem eſſe, ⁊ ſic intellexiſſe hos arabes autores malum eſſe ſignum has puſtulas per modum videlicet ſigni, quia ſignificant iā͂ morbum peſtilentem ac ſeuum eſſe: ſecus vero per modum cauſe, quia praua cauſa a natura deponitur, optimas, ⁊ ſalutares eſſe, vt Galenus notauit In genere itaqꝫ he puſtule euacuationes ſalubres ſūt, quia ſunt criſes, ⁊ iudicia a natura facta, per quas criſes ꝓpellitur humor ab īternis ad externa. Attamē licet gn̄e hec expulſio ſalubris ſit, nihilominus in ſpecie

Defenditur ſētētia Arabum.

propter ſpeciales alias cauſas & ci
cunſtantias lethalis, ac mortifera e
ſe poteſt: quas recte ex ipſomet Ga
leno venabimur, vt harũ puſtular
integram prædictionẽ aſſequamur.
Cum enim hæ per moduȝ criſis a na
tura fiant, vt notauimus: licet nobis
Taxantur medici qui ſtatim ĩ morbi principio ante corpis euacuationes cucurbit. vtũtur.

¶ CAPVT QVARTVM DECI

mum Defrictionibus in hoc
morbo obeundis.

FRictionibus ſimiliter totius corporis, et particularibus, videlicet crurum, et brachiorum, uti ĩ hoc morbo expedit, ad aperiendos corporis meatus, ut facilior fiat corporis tranſpiratio, et vaporum fuliginoſorum, & putridorum expulſio, indeq; minoretur febris. Quibus pręſertim maximo ſtudio utemur in exitu, et eruptione puſtularum, ut per frictiones tum maior fiat ſanguinis maligni ad exteriora propulſio, naturęq; motum ad exteriora his frictionibus adiuuemus. His ſimiliter operari opportunum eſt ad reuellendos humores ad caput aſcendentes,

eos

eos per infernas brachiorum, et cru-
rum frictiones inferius trudendo, et
talis erit circa frictiones operatio.

¶ CAPVT DECIMVM QVIN-
tum. De balneis congruentibus in
hac ſebre.

BAlnea maxime in hac fe-
bre expediunt, quibus
antiquitas greca vſa eſt
præſertim vniuerſalibus
ad corporis humoris re-
liquias trudendas, et alterandum in
febribusq;, ad extrudenda reſidua,
et corpus infrigidandum, et humec-
tandum maximo vſui erant: de qui-
bus Hipp. ſatis ſuperq; ſcripſit ter-
Hipp. tio de victu acutorum, et Galenus
libro ſeptimo, et decimo Methodi.
Quod deniq; vniuerſa grecorum cla-
ſsis ſequuta eſt, que quidem vniuerſa-
lia balnea iam a noſtro vſu receſſere

altis

aliiſs a barbaris medicis ex cogitatis particularibus videlicet, que per brachiorum, et crurum lotiones frequentes fieri ſolent, quibus arabes utuntur in febribus adurentibus, et intenſiſſimo calore vexantibus, non ſtatim in principio, nec augmento morbi, ſed in ſtatu, et inclinatione febris, ad reliquias caloris in febribus relictas absumendas, et exterius trahendas, et ad corpus ſic refrigerandum et humectandum: ita Auicena libro citato capite de cauſone, et cum declinat egritudo manifeſte, tum non eſt malum uti balneo, cuius aqua declinat ad frigus, et Raſis ſic: libro decimo ſeptimo continentis capite quinto, et cura ardentis, aut euacues coleram, aut opereris vehementer extinctionem. Erit autē hoc cū aq̄ frigida in ardēte in potu, et cibes eū: cum aqua hordei. bal

Balnea particularia crurum, & brachiorum: a barbaris medicis excogitata.

balneum autem in hac eſt conueniẽs poſt digeſtionem. Quam ſententiam firmauit modernus practicus Dionis. Fonta. Dioniſius Fontanonus, qui libro de practica, capite de cura cauſonis ſic ſcripſit, confert, & crurum, brachiorumq; lotio. Ex quibus conſulte faciēt noſtrates ſi in hac febre curanda, vt quę ardens, & cauſonica ſit in declinatione ipſius, poſt factam completam, et ſufficientem ſanguinis eductionem, & praui humoris purgationem & ſignis coctionis in vrina apparentibus ad reliquias caloris ſuperſtites detrudendas, & corpus infrigidandum lotionibus his crurum, & brachiorum vtantur quas veſperi faciendas, & nõ mane Dioniſius Fontanonus loco ſupradicto inſinuauit. Has etenim ex frequenti vſu conſtat nimium prodeſſe, & miro modo caloris reliquias conſum-

Dioniſ. Fonta.

Quãdo ſit i hac febre, balneis vtendũ.

ſumere, ⁊ corpus attemperare. Quę ex his rebus parari poterunt ex folijs lactucę, cucurbitę, nimphęę, ſalicis, cannarum, vitis, capitibus papaueris, violis in aqua decoctis, cui coctioni, ⁊ parum aceti addi debet penetrationis cauſa. Et hęc ſatis ſunt pro euacuantibus remedijs ad exterius alterantia venientes.

## ¶CAPVT. XVI. DE ALTERANTIBUS remedijs, quæ exterius appoſita huic morbo prodeſſe valent.

POſt factam ſufficienter ſanguinis praui in hac febre euacuationem, ac purgationem modis a me ſuperius traditis tuto alterantibus, ſeu frigidis medicamentis exterius applicitis vti poſſumus, tam cordi, quam iocinori, ⁊ capiti,

renī

renibus, dorſo iis applicantes, ſiue
per epithemata, ſiue per vnctiones ta-
anta caloris interni flammas extin-
guendas, quę per hęc membra pręci-
pue leuari ſolent: vnde eos merito re-
darguendos cenſeo, qui ſtatim in prin-
cipio huius morbi exterius frigida
his membris imponunt, non præeun-
tibus corporis euacuationibus, qui
pręter q̃, q inepte operantur, nequa-
q̃ Galeni mentem aſſequi videntur q̃
libro tegni, capite nonageſimo quin-
eos redarguit, qui ante corporis eua-
cuationem pleno corpore remedia fri-
gida exterius apponunt ſic. Ad hęc
igitur ambo totum corpus prius e-
uacuare oportet, deinde omnino
ad alia loca retrahere, id quod
affectę particulę influit. Perqua
oſtendit nobis regulariter operan-
do nequaq̃ nos uti debere refrige-
ranti

nõ eſſe utendũ frigidis exteriũs ante corporis eua cuationes.

rantibus et repelentibus humores ad interna, ni prius corporis precedat vniuerſalis euacuatio. In quo textu licet de tumoribus ſermo ſit nihilominus de omnibus intelligi debet repulſionibus humorum ad interna, cum corpus plenuz non admittat retroceſſum, indeqz venis magis oppletis ſuccedat, aut ſubita ſuffocatio, aut decubitus humoris ad aliquod ex precipuis membris, indeqz inopinata mors. Unde conſulto facient medici, si ante corporis euacuationes ab his ſuperſedeant et prius corpus ſufficienter euacuent, deinde ad alterantia iſt hec accedant, cordiqz, et renibus, et jecori, et dorſo, nec nō capiti, et tēporibus frigida imponāt, que ex his rebus parari dbēt, pro corde epithemata fiant ex aquis borraginis, roſaruz,

cicho

cichorij, intibi, portulacę, oxalidis lactucarum, quibus addere expedit pulueres diatrisandali, diamargaritonis frigidi: diarrhodon, et genera omnium ſandalorum, intibi seminis, roſarum, corali pręparati, oſſis de corde cerui, florum borraginis, et buglosſe, & huiuſmodi alij frigidi, et cordiales pulueres. Quibus apponi parum croci propter cordis confortationem debet, et paruʒ aceti roſacei penetrandi gratia. Pro iocinore admouenda ſunt epithemata, quę ex aquis ſuperioribus cōſtāt, quibus addemus, et lactucę, & intibi ſemina, ſandalorum genera, ſpodium, caphuram, et alia huiuſmodi, nec non, et cerato ſandalino regio epatis linienda eſt, & ſi magis refrigerare expediat, immiſcebimus ſuccum citoniorūʒ, et omphacij, quę et refrigerant, et membri robur ſtip

tyſeos ratione conſeruant, ſpinę dor
ſi, vnguentum roſaceum ſatisfacit,
pręſertim ſi in niue, et aquis frigidis
prius frigeſcat, aut cum ſuccis lactu
cę, vel cucurbitæ miſceatur, ſic enim
magis refrigerare poterit: Renibus
æpithemata imponi debent ex hiſmet
conflata medicamentis quę iecori
apponuntur, nec teſtes obmittendi,
ut pote, ex quibus maximum membris
internis, et præcipuis ſuccedat refri-
gerium. In his etenim, & frigida hęc
ſunt imponenda æpithemata, quippe
qui maximum cum membris internis
habeant conſortium, ex quorum alte
rationibus pręcipuæ ſeu frigoris, ſeu
caloris, immutationes corpori eueni
ant ex galeni mente primo et ſecundo
de ſemine. Quę omnia hieme tepida
ne ſuo externo frigore mēbris princi
palibus noceant, ęſtate uero frigida

inteſtibus frigida imponenda ad caloris remiſſionem.

ī ponēda ſunt, ut galen. autor eſt dec
mo tertio methodi neq; ꝑtermittuc
bet ꝙ poſtq̄ꝫ cutis eſloreſcere his puſt
lis, et maculis īcipit: nō d̄bemus his
frigidis exterius admotis operari
humorē malignū, quē natura d̄trud
ad cuti retrocedere ſaciamus, ſed ā
q̄ꝫ exeant his utēdū ē, ne naturę cri
cos cohibeamus motus, eos enī neq̄
cōpeſcēdos eſſe ſed potius adiuuan
dos Hipp. ſcripſit ꝑma aphoriſmo
ſectiōe, aphoriſmo vigeſimo ſic. Qu
iudicātur, et iudicata ſunt ꝛc. q̄s cr
ticas motiones oēs medici nullaten
ſiſtēdas eſſe, nec retrocedēdas ſuis l
bris ſcripſere, vnde cōſulendos med
cos eſſe iudicaui, qd̄ hanc praxim p
debita morbi huius curatione ſeru
ut erumpētibus, aut iam eruptis p
ſtulis, nullo modo infrigidātia exter
us apponāt, licet corpus ītenſiſſim

Poſt exitum harum puſtularum, minime licere frigida exterius corpori apponere.

ardore affligi videát, ſecus acturos cum nondum apparuerit, tuȝ eniȝ apponẽda cõſulo ea, quę caloris immoderátiam, quę cum hoc morbo iungitur, obtundere valeant, vnde obiter taxare licet Hieroniſmum fracaſtoriũ libro ſuperius tradito, qui dixit cum puſtulæ apparere incipiunt, danda eſſe interius calida medicamenta, ea præcipue quę ad poros cutis extrahere humores valẽt, quoniã hęc nimiũ calida cũ ſint. Caloris exuberãtiã quę cuȝ hac adeſt febre, nec non ſanguinis aduſtionẽ, & putrefactionem, ſumme adaugebũt et intendẽt, cuius gr̃a morbus ſęuior, & malignior ex his calidis applicitis fiet, & febris maxime augebitur. His & ſimilibus remediorum generibus taȝ interius ſumptis, q̃ȝ exterius admotis curari hic morbus potis eſt, et ſic fęlici-

corrigitur fracaſtorius.

ter prime et ſecundę libri huius parti
bus vltimam manum impoſuimus.
Jam ad poſtremam deueniendū eſt
in qua perfectam adhibere curatio-
nem promiſimus accidentibus, quę
in hoc morbo ſuperuenire ſolent: hęc
vero accidentia ſunt vigilię immodi-
ce, aut deliria, mentiſqʒ alienationes
aut capitis intenſiſsimi dolores, et
grauitates, aut comatoſæ, lethargi-
cęqʒ affectiones, et in ſomnū profun
dum delationes, aut ſites inexplebi-
les ſimul cum linguę nimia ſiccitate,
nigredine, et aſperitate. Quæ omnia
cum maxima ſeuitia, et intenſione af
fligant, ut iam vicem gerāt cauſe vi-
res proſternētis, vt Galenus autor ē
duodecimo methodi, merito ad ipſo-
ruʒ propulſionem vertenda intentio
curatiua eſt, et primum de ſomno
profundo agemus.

## ¶ CAPVT DECIMVM SEPTImum, de profundo ſomno, qui in hoc morbo frequenter ſuperuenit.

SOlet ſepiſſime hoc morbo afflictos profundus ſomnus opprimere, qui ita intēſus, et magnus eſt, ut nec uocibus, nec clamoribus nec percuſsionibus ab ipſo eger releuari poſſit. Hocq; accidens ita frequēs eſſe ſolet i hoc morbo, ut ex Aetio liqueat quaternione ſecundo, ſermone ſecundo capite tertio de lethargo. Sepiſſime febres ſanguinis in lethargum mutari, ſic quin, et a continente febre mutatio in lethargum ſepiſſime fit. Hi tanta obliuione, obſtupeſ

cẽtia, et ſenſuũ pigritia ſunt detẽti, u
nec cõmuniũ operationũ meminerit
nec bibere appetãt licet nimia ſiti mo
leſtẽtur nec lotiũ, nec ſtercus emittã
ꝑ nimio ſomno ſtupefacti, qđ ſimpto
ma his euenire ſolet cũ ſanguis ad pi
tuitoſiorẽ naurã ẽ cõuerſus, et nimia
pituitoſiorũ, et crudorũ humorũ co
pia eſt refertus, qui putreſcens ſolet
ad caput vapores plurimos frigidos
emittere, et caput frigidis, et humi
Galen. dis vaporibus opplens in ſomnum p
fundum, et implacabilem egrum la
bi facit: cum, ut ex Galeno tertio de
patientibus locis, et ſecundo apho
riſmorum notum ſit ſenſuum he be
tudines, et torpores, et ſomnum
profundum a frigidis, et humidis hu
moribus oboriri. Hoc quidem ſimp
toma fit, aut cerebro per conſenſum
affecto, videlicet nihil in ſe perpe
pa

prietatem patiente, ſed ſolum frigi dis, et humidis vaporibus putredi nis cauſa a membris naturalibus ellatis oppreſſo, quod increſcentie febris tempore euenire ſolet, cum eo tempore aputredinis vi eſſent hi va pores, et caput oppleant. Hanc a ffectionem per conſenſuz cerebri gre ci coma ſopori ferum, ut Galenus li bro de comate. Arabes ſuberh, lati ni ſoporem appellant. Aliquando e uenit hoc accidens cerebro prima ria affectione perſe patiente, quod fit, cum pituitoſus ſanguis ad caput delatus diluerit cerebri ſubſta tiaz, ex q̃ dilutione morbus, quem greci le thargũ dicũt, Arabes vero co rupto græcorũ nomine lithargiã appellãt. fit ſic etenim ſcriptum apud galenuz inuenimus, libro primo porrethicorũ comnt, primo et p̃mo cõmt, videlicet

lethargus fit vbi pituita diluerit cerebri ſubſtantiã ex galẽ

 ſic

fieri lethargum, cum pituita cerebri ſubſtãtiam diluerit, humectaueritq́; quod eſt aduerſus Auicẽnam, qui lethargum cerebri apoſtema phlematicum facit, cum ex dilutione cerebri, & non apoſtemate fiat. Videant qui addicti ſunt Auicẽnæ, quomodo eũ ab

notatũr Auicen

hoc errore poſsint vindicare. Et hæc obiter. Somnolentiam hanc, vbi per conſenſum fiat, ex eo dignoſcemus, q nunq̃ perpetua, ſtabilisq; ſit: ſed cũ febris incremento increſcat, & cum febris inclinauerit, remittatur, hominẽq; expergiſci comperiamus: vbi vero per proprietatem eſt, perpetuo aſſiduè git, nec remiſsionem, aut leuamen habet, ſed ſemper ęger, ſiue febris increſcat, ſiue imminuatur profundo ſomno eſt immerſus. Hanc vero dignoſcendi formam dedit nobis Galenus

Galen.

commẽto, primo primi porrethicorũ,

⁊ tertio de locis patientibus. Huic ſimptomati, ſiue per proprietatem, ſiue per conſenſum in hoc morbo ſit, ſic occurremus. Pituitoſiorē ſanguinē per venę ſectionem ſtatim ex externis ſeu capitalibus in cubito venis detrahemus, quas cum ſuperioribus ſupra iugulum partibus connexionem habere Galenus aſſerat, ſecundo de arte curatiua, ⁊ libris methodi: hac de re in his partium affectionibus ſecari oportet. Deīde cicipiti, raſo ex Pauli mente ea apponi conſentaneum eſt, quę pituitoſum ſanguinem inferius depellant, ⁊ vaporum aſcenſum cohibeant. Eaq; cincipiti, ⁊ non temporibus apponi iuſsit Galenus libro decimo tertio methodi, quoniam in illa parte cerebrum, ⁊ rarius, ⁊ tenuius eſt: ⁊ ſic melius medicamenti virtus ad itima penetrabit: hęc vero ex oleo ro

cicipur rarius & tenuius eſt occipiti.

roſaceo,et aqua roſacea,et aceto ro
ſeo ſimul miſtis parari iuſſit meſues,
qđ ſi magis refrigerare, et propelle
re humorem velimus,et olea violace
um,de nimphea,et mu cilaginem pſi
lij ſimmiſcebimus ,ad eandem rem
et lotiones capitis confingemus, q̃s
Arabes embrocas dicunt,quę ex vio
lis,hordeo,roſis,ſandalis ſpodio,ſe
mine mirthi,etcamomila in aqua ap
parantur,quibus ſemper parum ace
ti imponemus penetrandi gr̃a : item
cucurbitis i occipitio ſcapulis,et na
tibus frequentibus utemur,nec fre
quentes frictiones crurum,et brachi
orum ſimul cum iſtarum partium do
loroſis ligaturis omittemus : quippe
quę et hęc humorem pituitoſum a ca
pite reuellẽdo,et auertẽdo maxime p
deſſe ſoleãt. Cliſmatibus ſimul ac
tis,et q̃ ſua acrimonia vi habeant re
uer

uertēdia capite humorē, ſimiliter vti freq̄ntibus debemus, quę ex his concinari debēt videlicet ex furfurū maluarū, violarū, hordei decoctione, cui olea roſaceū, violaceū, et ſacharū febris ratione infundemus et electuaria acuta, ut ſunt hiera picra, et logadij, benedicta nicolai, indum, elescoph: et ſalis portiunculam. His enim diuerſimode paratis expedit vti ad humores pituitoſos, tum propellendos, et euacuandos, nec negligenda eſt per aluum inferiorē humoris pituitoſi purgatio: quę phlemagogis fiet, qualia ſunt electuarium indū, diaphenicū: diacatholicum, eleſcoph, et de ſucco roſarū: nec deficiēt ſuppoſitoria: q̄ ſimul humorē a capite et auertere, et euacuare poſsint, q̄ ex his fient electuarijs, quibus pulueres inijciemus, vel colochyntidis,

vel

vel diagridij, ⁊ pirethꝛi, ⁊ ſalis gem
eleboꝛiqꝫ. Poſtq̃ iam humoꝛ repul
ſus a capite videatur, tum perfuſioni
bus, ⁊ embꝛocis, que pituitoſiorē ſan
guinem, ⁊ diſſoluere, ⁊ diſsipare vale
ante ſt vtendum: que perfuſiones ex
his fient, ex oleo roſaceo, camomile,
anethi, ⁊ crociparum, ⁊ aceti ad pe
netrandum: embꝛoce vero ex camo
mila, a netho, pulegio, a bꝛotono, ca
lamentho, ⁊ roſis, violiſqꝫ parabi
mus: neqꝫ in hoc ſtatu, in quo humoꝛē
reſoluere conſilium eſt, negligenda
pulloꝛum recentium, aut columboꝛū
⁊ catuloꝛum impoſitio eſt, que mani
meſtio natiuo caloꝛe, ⁊ intenſo pitui
toſi ſanguinis craſsitiem attenuare,
diſflare, diſsipareqꝫ poterunt. Lac
tis vero calidi perfuſiones, que ĩ hoc
ſimptomate capiti ſolent immergi,
cum diſſoluere conſilium eſt, nullo
modo

modo ſunt agendæ, cum lac frigidę naturę ſit, hacq; re nequeat humorē diſsipare, & reſoluere: ſua enim frigiditate ac humiditate nocebit, tum capiti ex humore pituitoſo frigido, & humido: cum potius calidis, & ſiccis eo in tempore hęc affectio curari expoſtulet: vnde lac, vt quod frigidum et humidum ſumme nocet. Quod cũ ſta ſit medicos admoneo, ne ipſo lacte in fine huius affectionis vtantur, quod agũt ſine diſcrimine, ſed potius lactis perfuſionibus in principio procedãt. Quo tempore frigida commode applicare debemus ad humoris retractionem, & propulſionem a capite, cui lacti ſi pulueres iniſciamus, qui ex violis, roſis, ſandalis, ſpodio, floribus nimphęę, & ſemine mirthi et folijs parantur (vt mihi eſſe ſolet moris) commodius, et fælicius humorem a capite

lactis pfuſiones in capite in fine lethargi, maxime nociuas eſſe.

capite reuellemus: et mali maius ſ
et leuamen, nec deſiſtendum acat
plaſmatum: ſeu emplaſtorum impo
ſitione eſt, quando diſſoluere humo
rem intendimus: quæ cincipiti calida
imponi habent ad humorem reſoluen
dum: ex his, parari poterunt, ex cha
memelo: anetho: rore marino, ſamp
ſuco, meliloto, abrotono: ſtechade, pu
legio, thimo, roſis, et ſandalis cocti
in aqua: et poſtea tunſis, quibus et
olea calida videlicet camomilæ, ane
thi: rute, et roſarum, et pulueres ſt
racis, croci, olibani: mirrhæ, aloes: et
ſimiles addere poterimus. Hęc e
nim cataplaſmatum: et emplaſtorum
in hoc ſtatu impoſitio maxime in ha
affectione prodeſſe: nos ſepiſſime c
maximo ęgrotantium commodo
vidimus. Erit ſimiliter ex uſu nari
bus ſternutatoria imponere ad ex
citan

cataplaſ mata ſeu empla - ſta in fi ne le - thargi - maxime conffe - rre.

citandam cerebri expultricem, et expellendum humorem, quorum apparatus ex elleboro, pipere, condiſi et alijs huiuſmodi fiet, nec non ex frontis, vel naſi uenis ſanguinem detrahere ad euacuandum prauum ſanguinem per eandem partem, quarum venarum apertio maxime in hoc morbo conducere ſolet. Hæc ſunt quę pro huius grauiſſimi ſimptomatis medela habui dicenda, quibus ipſi ocurremus.

## ¶ CAPVT DECIMVM OCTAuum, De mentis alienatione, quæ ſolet ſæpe cū hoc morbo iungi.

Aliquando ſolent in hoc
morbo ſuperuenire mẽ
tis depꝛauationes, ſeu
alienationes, in quibus
homines aliena loquun
tur, nec mente conſtare videntur, ſed
oẽs mordicus aggrediũtur ferociter
q3 ituẽtur, et neqũt ĩ lecto cõtineri a
gẽtes dicẽtes q3 oĩa ꝑter rationẽ, et i
ſumma ita mente ſunt alienati: ut niſi
vinculis coerceantur, timoꝛ ſit: q̃ ſe
ipſos interimant, vel preſentes inter
ficiant. Quod hac de cauſa fit: cum
ſanguis pꝛopter nimiam aduſtionẽ,
ſeu putrefactionem in biliſioꝛem na
turam conuertitur: et nimia bilis co
pia refertus eſt, vnde caput biliſis
acribus, et aduſtis vapoꝛibus oppl
tum: huis ſimptomatis fit cauſa q̃
ſimiliter euenit ob pꝛauaꝫ et veneno
ſam humoꝛis naturam: quam ex aeris
pu

putredine ſibi acquiſiuit humor, quę cauſa eſt, ut mente aberrent. Ex bile enim, et calidis humoribus prouenire hanc affectionem Galenus autor eſt, libris de differentijs ſimptomatũ et tertio de patientibus locis. Cum in his locis aſſerat omnes ſenſuum internorum motiones deprauatas a calore fieri, diminutas vero, vel abolitas a frigore. Hę mẽtis alienationes deprauati motus ſunt aut imaginatiuę potentiæ, aut cogitatiuæ, aut memorantis: ex quibus tres a galeno locis ſupradictis harum alienationum ſpecies ſeu differentię ponuntur. prima cum ſolum imaginatio leditur, ut de illo refert Galenus: qui in angulo domus tibicines eſſe affirmabat, et eos ſubtrahi rogabat, ut ne ſonitu tibiarum maximo offenderetur, in quo erat ſolum leſa imaginatio. cum imagina

Galen.

ſenſuum internorum deprauatos motus õnes, a calore fieri, diminutos vero vel abolitos, a frigore

tres alienationũ differentiæ

ginaret et ea, quę non aderant. Secunda ſpecies ex leſione ratiotinationis emergit, cuius apud galenū fuit hiſtoria de illo, qui infantem apprehenſum manibus: in feneſtra collocauit, et prætereuntes interrogabat velentne ut puerum proiiceret, quibus annuentibus, puerum proiecit, quem prætereuntes confractum ex terra eleuarunt. In quo ſolum leſa fuit ratio, cum prauum eliceret iudicium de re cognita, nullatenus vero fuit leſa imaginatio, cū puerum agnoſceret. Tertia ſpecies ex ſolius memorantis potentię offenſa fit, ut refert idem autor apud thucididem hiſtoriographum libro ſecundo belli peloponſiaci de illis, qui in magna peſte tanta memorię leſione, et de prauatione tenerentur, vt nec ſuorū, nec domeſticorum recordarentur, de qui

thucidides.

quibus apud hũc autorem locis me moratis copioſe agitur, ad quos, ne immoremur lectorem remittimus, vnde conſtat a calidis humoribus, aduſtis, et bilioſis tales fieri mentis deprauationes, quæ quidem eueniunt, aut cerebro non inſe habente affectionem, ſed a membris inferioribus ipſi communicata, et per conſenſum membrorum infernorum affecto: quod euenit vbi caput vaporibus bilioſis nimium tempore increſcentię febris oppletur, et affligitur a quibus talis mentis alienatio ſuccedit. Quomodo autem bilis naturaliter hoc faciat exeo eſt, qđ ſuo immodico calore, et ſiccitate cerebri temperiem, et ſimmetriam debitam (a qua recta mentis operatio fit) euertit, et ad immodicum calorem de

quomodo bilis iudiciũ deprauet.

cliuem reddit. Indeq; furores,
et mentis alienationes, et deprauationes fiunt. Hãc affectionẽ paraphrenitidẽ grecimedici appellãt, hoc ẽ
nõ verã phrenitidẽ: alio fit modo, cũ
cerebrũ p̄mario, et ꝓ per ſe afficitur,
in ſe q; affectionem habet, et non illi
aliunde communicatur, quod euenit
vbi bilioſus humor tumorem, et inflammationem eriſipelaceam, aut in
cerebri ſubſtantia, aut in eius membranis facit: ex qua inflammatione,
mens peruertitur, et aberrat. Hanc
greci autores phrenitidem dicunt, Arabes ſirſem, ſeu birſem appellant,
harum diſtinctio ex hoc deſumitur,
quod vbi cerebrum per conſenſum a
mẽbris inferioribus afficitur, nequa
q̃; mentis alienatio continua eſt ne
q;, qui eam habent, continuo mente
aberrant: ſed ſolum increſcente febre

quomodo bilis iudiciũ deprauat.

ta

tales euadunt, decreſcente uero ad ſuam priſtinam mentis conſtantiam accedunt: vaporibus, videlicet bilioſis in principio, augmento ſtatuq; febris ellatis: in declinatione vero diſſolutis, et imminutis: vbi vero cerebrum ſic afficitur, ut tumorem: ſeu inflammationē ex bilioſo ſanguine in ſe contraxerit: tum continua, perpetuaq; eſt mentis alienatio, et ſemper: malignius q; mente aberrant: ſiue febris imminuatur, et declinet: ſiue increſcat, eodem modo ſemper alienantes ſine hoc q̄ ceſſet aliquantiſper. Qui quidem morbus grauiſſimus eſt: et curatione difficilior primo, ut, in quo iam cerebrum membrum ita præcipuum inflammationem perpetiatur. Que cerebri inflammationes periculoſiſſime ſunt: prima uero affectio benignior, et curatu facilior, in qua

cerebrum nihil inſe perpetitur ſed ſolum vaporibus bilioſis moleſtatur, quibus diſſolutis, iterum ad ſuam priſtinam operationem cerebrum reddit. Harum duarum affectionum idem eſt modus curatiuus, et eiſdem remedijs agi debet: niſi qđ prima affectio remiſſiora, et debiliora expoſcit, ſecunda vero vehementiora, et maiora. Verum attendendum eſt, qđ in curatione verę phrenitidis, quam ex cerebri inflammatione, et tumore fieri diximus. Velociter, breuiqꝫ, ſtatim inprincipio ſunt remedia exequenda, antequam humor ipſe prauus inhereat, figaturqꝫ in ipſo cerebro, et habituetur: ut in hecticam, ſeu habitualem phrenitidem ęger dilabatur. In quo ſtatu æger deſperatus eſt, nullo qꝫ remediorum

De hectica phrenitide.

genere, ( cum hectica phrenitis ex his morbis ſit, qui prorſus incu rabiles ſunt ) mortem euadere poteſt. Quod nobis inſinuauit Galenus primo porrethicorum comnit. Galen. Primo contextu trigeſimo tertio in expoſitione textus Hipp. qui ſic ait. Hipp. Tremulę, obſcurę, blandeq́ꝫ, et contrectabiles deſipientię, valde phrenitice, vt vidi marcho in coo obuenit. In cōtextu Galenus ſic ſcripſit, fit et talis quędam deſipientię ſpecies non raro, vt ęger quietus iaceat, neque ſolum non tumultuoſe exclamet, exiliatq́ꝫ vt antea, ſed nec prorſus loquatur, neq́ꝫ figuram decubitus permutet, ſępiusq́ꝫ, qui ita affecti ſunt familiaribus præbēt opiniones, quod mox ſint, ſi quod fiat ſilentiū dormituri, clauſis itaq́ꝫ feneſtris cōquieſcunt cuſtodes, tēpusq́ꝫ in his lon

longū conterunt dormire ęgrū, q̄ nec loq̄tur, neq; moueatur, arbitrãtę groipſo nõ dormiēte, et manus q̄ue mouēte nõ ſecus q̄, q̄per leuē contrec tationē aliquid vel tāgere, vel inueni re velent: deinde his ita ſe habenti bus, q̄daz clauſis palpebris hęc agūt, et ſi quis accedens cum eis coloqua tur, quidam nec prorſus oculos ape riunt: alij poſtq̄; aperuerunt, aut pa ulo poſt clauſerunt, aut immotos ob ſeruant, alij nec ſi quis eos inclamaue rit vel ſtimulauerit, palpebras aperi unt: de phreniticis huiuſmodi Hipp. tertio epidemion ita ſcripſit. Nullus phreniticorum vehementer inſaniuit veluti alijs uſu venit: cęterum hos ip ſos in pręſenti ſermone phreniticos obſcuros nominauit, perīde atq; ſi nul tis cognitu difficiles dixiſſet, ne idio tis ſolum: verum quoq;, et medicis,

Et

Et paulo infra Galenus ſic ait, pręte
rea manuum motio his exigua, et tre
mula exiſtens, multos etiam latet, ſo
lis his, qui diligenter inſpiciunt conſ
picua. Hoc igitur arguit virtutem to
tum languere: atq; hęcticam quandam
eſſe affectionem phrenitidis, veluti fe
brium earum, quas ob id hęcticas ap
pellamus, ſed de his dictum eſt in com
mentarijs de febribus atq; in libris
de morbis curandis. Pręterea in li-
bro de maraſmo ſolidas animalis par
tes prehẽdiſſe, tales febres nõ ex pu-
tri humore, fieri indicantes. Phreniti
de igitur ipſa ex bilioſo ſucco genera
tionem habente, cum is in cerebrum
decubuerit, principio quidem quali-
tati ipſius nondum toti cerebri corpo
ri permiſta, confuſaq;, tumultuoſe fi-
unt deſipientię: procedẽte vero tem
pore ſimile quippiam contrahitur
la

lanis, quę atinctoribus appellatis tincturam accipiunt, nempe et hę vix eluibiles redduntur, no secusq̃3, quę proprium abinitio colorem habent. Talis cerebri veluti tinctura desipientia3 hecticam habet, atq3 ob id affectio febrium haecticarum prava est, quasquidem cum formantur vix solui, exquisite vero constantes, absolutasq3, solui non amplius posse demostrauimus. Hactenus galeni seriem proprio sermone prosecuti sumus, vt nobis constet, quanta cura debeamus insistere, cum primo incipit phrenitis ne in hecticam hãc et prorsus incurabilem phrenitidem ęger incidat, et ne incuria nostra ęger pereat quas hecticas phrenitides Galenus. et Hipp. in hoc loco ex blanditie, et remissione et quiete ęgri: cu3 antea tumultuose se gereret

cognoſci medicis demonſtrent. Sta
tim itaq; ut primum inciderimus in
talem ęgri diſpoſitionem, ſanguinem
ex externis cubiti venis ſubtrahemus
et ſic cerebri inflammationi obſiſte
mus, ſanguinem bilioſum, et veneficũ
qui talis inflammationis cauſa eſt, de
trahentes. Quod auxilij genus, et in
paraphreniticis, et per conſenſu; fac
tis in cerebro affectionibus confert
cum ſic vapores bilioſos ad caput re
pentes ſiſtamus, et euacuemus, et in
hoc auxilio exequendo obſeruare ex
pedit vt vena non multum aperiatur,
ſed exiliter, et exiguo foramine, ne p
maximum, et latum forame; ęgro ma
xime ſe mouente, et non ąeſcente, nec
mẽte cõſtante brachij vinculu; exol
uatur, et ipſe ſuo deprauato iudicio
cláculũ exoluat, et periculũ cõſeq̃tur
ſanguinis eruptionis. Qd conſilium
in

ex quibus cognoſcatur hectica phreni.

in phrenitide vena exiliter apperiẽ

Aetius

In hoc morbo merito obſeruandum eſſe grecus Aetius nobis inſinuauit quaternione ſecundo, ſermone ſecundo, capite ſecundo. Poſt ſanguinis detractiones cucurbitis, et cum ſcarificatione, et ſine ea, ut tibi morbi repletio indicauerit, opportunius vtenda eſt, quas occipitio, ſpatulis, et natibus affigemus, et ſtatim cincipitio raſo ex pauli, et galeni mente oxirrhodinuz appellatum imponemus. Quod ex oleo roſaceo, et aceto paratur a Galeno. 13. methodi. Cui oxirrhodino ad magis reppellendum, et infrigidandum biliosum humorem, ſeu biliosos vapores aſcendentes, alia immiſcebimus, que frigida ſint, vt roſarũ aquã, acetuz roſaceum, muſcilaginẽ ſeminis pſilij ſuccos lactuce, portulace, & oẽs deſandalos, roſas, violas, et alia huiuſmodi, Que omnia nullatenus

nus ex Aetij ſenſu loco ut ſupra, frigida ſunt actu imponenda: ſed hieme calida, æſtate vero tepida, neutiquã frigida cum frigiditas vel teſte galeno, 13. methodi, denſet meatus, et ſuperfluitates in capite diſcuti non permittat, et cerebro inflammato noceat. Quo in tempore ſimiliter opportunum eſt capitis irrigationibus uti, quæ ex roſis, violis, hordeo, lactucis, capitibus papaueris, folijs ſalicis, et cannarum, et cucurbitæ, iuſquiamiq; et alijs huiuſmodi in aqua coctis parantur, quibus et acetum penetrandi gratia addemus. Hoc tempore et lactis tepidi irrigationes maxime vtiles ſunt: cum lac, ut quia refrigeret et humectet, ſic q; calori, et ſiccitati bilis obſiſtat, maxime ſit proficuum. Præſertim ſi pulueres frigidos ei addamus, videlicet roſarum, ſandalorũ

Galen.

lactis irrigationes i phreniticie maxime cõferre.

vio

violarum et ſpodiſ, nec per ventrem inferiorem purgatio negligenda eſt, quę cholagogis pharmacis ſtatim fi et, preſertim quæ ex diapruni lax, elect et roſato meſues, et de ſucco roſarum et pilulis agregatiuis, et aureis ſit, nec attendenda humoris preparatio eſt, cum morbus ratione principis lo ci affecti vrgens ſit, cui ſtatim ocurrē dum eſt, ne vel in hecticam phrenitidem æger labatur. Clyſmatibus ſimi liter vtemur, ex frigidis paratis re bus, quibus acuta īponemus, ut hu morem a capite trahant, qualia ante ſunt ſupra adducta in ſomni profun di curatione: neq; enim oportet om nia omnibus miſcere. Similiter et eiſdem vtemur ſuppoſitorijs, ſeu glā dibus, et frictionibus, nec nō crurum et brachiorum lotionibus frequētibus ame ſupra in curatione vniuerſali tra di

ditis. Qđ ſi ęger (ut frequenter fieri ſolet) immodicis vigilijs capiatur, et ea, quæ ſomnum inducunt, (ſomniſera appellata) temporibus: et naribꝰ indemus, quorum formulas inferius vbi đ imodicis egerimus vigilijs, tra demus vbi vero deliriũ morã traxerit neqȝ ex his remedijs fuerit ſedatũ, prę ſertim vbi per proprietatem fuerit cerebri, frigationibus utemur: et illitionibus, que craſſos vapores, ⁊ bilem diſſipare: et reſoluere valeant. Qua lia ſunt quæ ex ſerpilo: chamemelo, abrotono: maiorana, thimo: anetho, meliloto: et alijs ſupra ſignatis fiunt, et illitionibus, quæ ex oleo camomilę: anethi, roſarum: rutę, et croco, parantur: nec non et venarum quę in fronte ſunt apertionem facie mus: cum hoc tempore a capite immediate vacuare expediat, quaȝ eua cua

venarũ frontis inſciſſionem in fine phreniti-dis multum confere.

euacuationem iuste venarum frontis inſciſio adimplebit, vel Raſis etiam, qui libro. 17. cōtinentis, capite quarto circa finem ſic ſcripſit. Dico ego punctura naſi, et phlobotomia frontis, aut temporum in patientibus ſirſem debent eſſe poſt phlobotomiam brachii. Ex quibus verbis liquido cōſtat poſt facta m venæ inſciſſionem reuulſoriam et deriuatoriam (quę per venam brachij fit) poſtea recte ad venarum frontis ſectionem accedit, ut quę euacuatoria apropria ſit affecta parte. His et alijs remediorum formulis curari hoc ſęuiſſimum ſimptoma potis eſt, iam de immodicis vigilijs tractemus.

Raſis.

## ¶ CAPVT. XVIIII. DE IMMODICIS vigilijs, quæ ſolent ſæpiſſime in hoc morbo apparere.

SEpiſſime euenit, ut in hac febri grauis, et diu turna inſomnolentia, ſi ue moleſta vigilia ho- minem detineat. Ita ut nec ꝑ multos dies ęger dormire poſſit, qđ quidem ſimptoma ideo periculoſiſſimum eſt, vt vires ex eo maxime proſternantur, et homo ad phrenitidem pręparetur. Cum ut ex galeno libro primo porrethicorum liquet: frequens, et continuum inſom nium phrenitidem accerſire ſoleat. Et hoc iuſta ratione, cum vigilię im modice ex biliosis, acribus, et aduſtis humoribus fiant, cerebrum calfacien tibus, et ſiccantibus: ex quo cerebri ardore, et ſiccitate vigilia fit. Que ex calfactio ſiccatioqꝫ ubi fortius, vali- diusqꝫ irrepſerit in cerebro iam men tis alienationem, deliriumqꝫ parit.

importu na vigilia phręniti dẽparit.

Unde merito et huic ſimptomati ci-
tius eſt ocurrendum, ne ęgri vires ex
vigilijs maxime exoluantur, aut ęger
in grauiorem, et periculoſiorem mor
bum, phrenitidē videlicet dilabatur.
Cum hę itaqꝫ excalfacto, ſiccatoqꝫ
cerebro ab humoribus bilioſis fiant,
merito curatio ab euacuatione bilio
ſe materiæ, et infrigidatione, humec
tationeqꝫ cerebri procedet. Materi
am bilioſam, et venę ſectionibus, et
cholagogis pharmacis in ſuperiori
capite ſignatis educemus, et deniqꝫ
omnia remedia pro hoc ſimptomate
curando proficua ſunt, que ſuperius
in phrenitidis curatione adduximus:
cum ex eadem fiat cauſa, licet minori,
et debiliori. Itaqꝫ eiſdem venę ſectio
nibus, purgationibus, cucurbitis, fric
tionibus, vinculis, clyſteribus, et cru
rū, et brachioꝝ lotionibus, et capitis
illi

ſlitionibus utemur: niſi qđ pro vigi lijs amouendis ſoporiferis, ſeu ſomni feris pharmacis eſt procedendum in terius ſumendo hora ſomni potionem quę ex ſerapio de papauere fit. Cum ſi nimium vrgeant vigilię paruum mę- conij, videlicet duo, vel tria grana. Cum totidem croci ad rectificandā meconij vim addere oportet: vel phi lonij Romani, ſeu perſici ſcrupulus, aut ſemidragma in aqua, aut lactucę aut portulacæ diſſoluta concedi po- teſt fronti vero, et temporibus ſomni appetente tempore ea, quę ſomnum conciliare valent, imponemus, ex oleis de papauere, aut ninphcæ, aut violarum, miſtis duobus, tri- bus ve, aut plus męconij granis, cum totidem croci, et aquis lactucæ, aut portulacę, et roſarum per miſtis.

Quæ omnia ſunt ſimiliter, in aures inſicienda eadem cauſa. Idem pręſtabit commode vnguentum populeon: quibus omnibus ſpero ſimptoma facile leuari.

¶CAPVT VIGESIMVM. DE INextinguibili ſiti, & linguę aſpredine, ſiccitate, et nigredine, quæ ſolent magna ex parte hac febre detentos moleſtare.

Simptoma quod frequentiori modo in hac febre ſolet adeſſe, et peculiarius affligere: nimia ſitis eſſe ſolet, quę prorſus inextinguibilis eſt, et implacabilis, maximeq; in aquę appetitu occupantur ægri, ita ut nec maximo aquę potu adhibito ſatientur. Ad hoc ſimptoma accedit immodica linguę ſiccitas, aſperitas, et nigredo: ſitis cauſa nimius ca uentriculi, et precordiorũ ab aduſta

cauſę ſitis immodicæ.

et

et putrefacta bile in eis collecta, ar-
dor eſt: et inflammatio ſimul cum hu
midi defectu a tali ardore oborto.
Propter enim hec duo ſitim fieri vi-
delicet, aut caloris copiam, aut humi
di inopiam Galenus aſſeruit libro Galen.
primo de ſimplici medicina, capite tri
geſimo ſecundo, et ſic in hac febre cū
nimius ardor pręcordia occupet, in
de euenit, ut ex tali ardore exiccatis
præcordijs ſitis intenſiſſima oriatur, Hipp.
linguę ſiccitatem Hipp. ſexto epide
miarum. commt. quinto, textu deci-
mo quarto qui ſic incipit. Lingua lo-
tium ſignificat. &c. ſcripſit a fuligino-
ſa exuſtione fieri: Galenus in commt.
exponens Hipp. Sic ait, aridas, id-
eſt ad nodum ſiccas aperuenti febre vnde ni-
fieri, quę ignis inſtar ſanguinem inflā gredo li
mās, fuliginipotius, q̄z vapori ſimilē guę ad-
exhalationem efficit. Eodem modo ueniat.

nigras Hipp. Eodem textu ab atra bile fieri dixit, Galenus in contextu. Idem confirmat videlicet fieri nigre dinem lingue ab aduſtione, aſſatio neq; maxima ſanguinis, qui in atram bilem hac dere conuertitur. Unde hac ratione Galenus eodem loco ex ſiccis linguis poſtea fieri, et tranſir in nigras dixit, maiori procedente ſan guinis aduſtione: vnde talis lingu in hac febre affectio eſt, vt cu; primu incipit aduſtio ſanguinis, nec admo dum progreſſa eſt, linguæ ſiccitas fi vbi vero ulterius progreditur, in tenſiorq; eſt, ſiccitati aſperitas ad iungitur. Plurimum vero, et intenſi ſſime aduſtione vagante, et nigredo lingue aduenit, quæ omnes linguæ a ffectiones febris ardentiſſime ſignu eſſe, et in his frequenter euenire eo dem textu inſinuauit galenus poſtre

mis

mis verbis ſic. In vniuerſum igitur dicendum eſt, quodlibet ex narratis de lingua ſignis, aut febrem perurentem adeſſe: aut humorem aquoſum abundare: ſiue enim in ventriculo contineri, declarare. Quibus verbis indicat affectiones has linguę aut afebre adurente prouenire, aut ab atra bile in ventriculo contenta. Nam cum lingua ut galenus in eodem contextu ſcripſit, grandioribus venis prędita, et inani ſubſtantia ſpongiam referens alijs duris, denſiſqꝫ particulis paratior ſit, ut ſeroſos intra ſe humores admittat ab illis qꝫ colores, et affectiones inſtar, lanarum ſuſcipiat: inde euenit, ut citiſſime hos vapores, fuliginesqꝫ in ſe recipiat, et ibi has affectiones incurrat, et ſic caloris interni exuberantiam indicet: ita ꝙ his linguę accidentibus nobis iudicare licet:

linguam ſpongię aſſimilat galenus

 ſitis

ſitis intenſiſſima nullo alio potiori po
tu ſedatur, q̃ꝫ qui ex dulci, et potabili
aqua fit, quæ quidem puriſſima, et ō
nis externe qualitatis expers ſit, hāc
vero commodiſsimum potum eſſe ad
ſitim extinguendā ex eo liquet, q ſuis
contrarijs qualitatibus, videlicet
frigiditate, et humiditate calori, et
ſiccitati a quibus ſitis fit, obſiſtat: in
deq̃ꝫ ſitim efficaciter extinguat, qđ a
Galen. Galeno fuit exploratum, qui libro
pmo ð ſimplici medicina capite ſept
mo ſitiēti dulcē aquā remedio eſſe: q
ex ſua natura humida ſit aſſeruit. Ve
rum cum hæc potabilis aqua in acu
tis febribus nociua ſit, ita, ut tarde me
et ab hippochondrijs: hacq̃ꝫ ratio
ne iecur, lienemqꝫ inflet, nec ſtercus,
nec ſputum, nec vrinas exire permi
ttat. Preterea ſitim non extinguere
Hipp. Dicat, et in ventriculo bileſ
ce

cere, et in bilem conuerti. Quę omnia nocua in acutis morbis ab aqua fie- ri Hipp. Libro. 3. de victu acutorũ textu q̃dragesimo ſcripſit ſic. Aquæ quę in acutis bibitur, nullum ſane ha beo, quod illi concedã officiũ, neq; enim in perineũmonicis tuſſim ſedat neq; ſputum educit: imo cęteris mi- nus, ſi quis aquę potione prorſus vta tur, alias neq; ſitim ſedat, ſed amareſ cit, nempe ei, qui ſuapte natura eſt bi lioſus, ea eſt bilioſa: hippochondrio pręterea eſt infenſa, malaq; , atq; e- tiam peſſima bilioſiſſimaq; , adde q̃ lienem auget, iecurq; vbi phlegmone obſidetur, fluctuatq; et innatat: tar de ſiquidem meat, quod frigida, et in coctilis ſit, neq; aluũ deiicit, neq; v- rinas mouet, atq; ex eo quoq; nocua eſt, q̃d ſtercoris ducendi ſuapte natu ra expers ſit. Et galenus in comment. eadem

aqua bi- leſcit in acutis, ac inbilem vertitur ex Hip.

eadem damna aquę ineſſe in acutis a
ſſeueret: in præſenti eſt a nobis inquirē
dum, quomodo hac uti potione aquæ
merito in hac febre poſſimus, ut ſitim
attemperare poſſit, et hæc damna, in
commodaq; fugere valeat nam q̄ð
ea. in hoc morbo concedenda ſit vt
quæ ſitim extinguat, ſuperius ex ratio
ne, et galeno indicauimus. Nocumē
ta vero, quę illi imponunt galenus, &
Hipp. fugere tentabimus, quo ea tu
tius, et fælicius vti poſſimus. Nam
quid in cauſa ſit, quod aqua cum
frigida, et humida ſit, et his ſuis qua
litatibus obſiſtens calori, et ſiccita
ti, ex quibus ſitis fit ſitim eximere po
ſſit: et tamen Hipp. et galenus loco
citato ſcribant in acutis, et bilioſis
morbis eam ſitim non extinguere,
quod nunc inſinuabimus Hipp.
mentem abhinc a nullo elucidatam

declarantes, quod nulla alia ratio neſure euenit, q̄z, cum aqua in par ua, exiguaqz potione conceditur æ grotanti febri acuta, tum ab immo dico bilis exuberantis calore, ac ſic citate (eſt enim bilis omnium corpo ris humorum calidiſſimus, et ſicci ſſimus) vel teſte Galeno libro ſecun do de arte curatiua, vincatur, ſu pereturqz et inde bileſcat ac in bilez conuertatur: hacqz re maiorem fer uorem, et ſiccitatem efficiat: et ſic ſitim non ſolum non dirimat, imo magis augeat. Quod eſſe Hipp. notum, ex eo liquet, quod talem a quam in acutis bileſcere, et in bi lem conuerti ſcribat, quod fieri mi nime poteſt, niſi cum exigua quan titate bibitur. Cum enim maxima potione ac multo exceſſu ęgrotanti datur minime a bilis calore vinci, ſu

quomodo textus Hip. intelligatur quo dicit aquam in acutis bileſcere, & ſitim non extinguere.

ſuperari ꝙ valet, et ſic in bilem non conuertitur. Aqua etenim cum modi ca, et multis partita vicibus (ut fe bricitantes ſumere aſueſcunt) pota tur, in bilem conuertitur, et ſitim non extinguit, ſed auget, quod phiſicis theorematibus liquet cum bilis, ut que copia maior eſt ſuo calore, et ſic citate frigidam et humidam qualita tes aque extinguit, caloremq; et ſic citatem in materia aque introducit: cum ad vnius qualitatis corruptionē ſequatur alterius ingreſſus: indeq; euenit, ut materia aque a ſuis ꝓpriis qualitatibus, et formam aque conſer uantibus denudata, et bilis qualita tibus veſtita, facile aque formam de ponat, et bilis forma induatur, ſicq; merito in acutis Hipp. aquam bilē facere ſcripſit. Simile vero euenire cō perimus in ferrariorum fornacibus, in

Simile ex focu fe rariorū

in quibus ad acuendum ignem fabri aſperſionē exiguę aquę per ſpongias ſupra ignez faciunt: quę aqua im merſa, victa ab ignis qualitatibus in ignē conuertitur, et ſic ignem augeri intuemur: quod minime fieret, ſi multam et affatim aquam immergerent: quippe ignis tum ab aquæ qualitatibus victus diſcederet, et imminueretur, vnde attentos eſſe velim huius tempeſtatis medicos, qui exiguam, multisq; partitam potationibus aquam in bilioſis, et acutis febribus ęgris bibere permittunt aduerſus Hipp. et Galeni dogma, vt ſecus recte agant, aquamq; copioſam, et ex multo tempore ęgris propinent. Ex quo merito eueniet, ut talis aquę potus, et ſitim dirimat, et haud in bilem vertatur. Vnde iuſta ratione Galenus nono methodi in his adurentibus, et ſangui

inbilioſiset adurentibus febribus aqua copioſa et ex lōgo interuallo concedēda ægro ē.

guineis febribus copioſum aquę fri-
gide potum, quantū ægro videlicet
bibere licet, conceſsit exiſtimās ex ta-
li potu bilem vinci, et ſuis qualitati-
bus, remitti leuari ꝗ recte poſſe: in-
deq; a natura ex hoc potu robore fir-
mata minori noxa, citiusq; propelli,
ve eruciq; malignus humor a corpo-
re poſsit: aut per fluxum ventris, aut
ex naribus, aut ſudorem, aut vomitū,
aut aliam ſimilem euacuationem, q
exiguus et exilis potus aquę agere
nequit. Qui copioſus aquę frigidę
potus, vt qui induſtrioſus ſit maxi-
ma cura, et cautione, ſummoq; con-
ſilio exequendus, cum ex eo intempe-
ſtiue et ſine requiſitis circunſtantiis
Galen. ad hibito multa nocua febricitanti-
bus eueniant, vt Galenus autor
eodem libro eſt. Hac noſtra tempe-
ſtate eliminandus, nec a medicis ſuis
ope

operibus ad iungẽdus eſt. Ex eo enim ſępiſſime ex multis experientijs cõper tum eſt grauiſsima mala, et periculoſiſsimas, et immedicabiles affectiones ęgrotis eueniſſe. Unde hoc omiſſo auxilio, vel maxima prorſus cautione, conſilioqꝫ, et debite perpenſis conditionibus, cum quibus ex hiberi debet ad hibito ad alium potum, qui ex mora temporis, et non exigua quãtitate fieri diximus exequendum medicos ad hortamur, qui ſitim eximit: et minime bileſcit, et non ita pęriculo ex poſitus: ut qui ad ſatietatẽ, et maxima mole fit: et ſic ex hoc potu damna quæ aquæ imponunt Hipp. et galenus efugiemus. Eodem modo ad uerti expedit ut hęc Hipp. damna euadamus, ꝙ minime febricitãtibus aquã crudã ꝫ pręſtemus: ꝗ vſus apud medicos inartificioſos eſſe aſſolet,

quo

ꝙ febricitantibus non ſit aqua cruda, ſed cocta propinanda.

quotidie aquam ſine coctione ęgris propinantes, quę praxis inartificioſa eſt, et proꝛſus interdicenda, cuꝫ aqua cruda hęc valeat noxia efficere, quę ab Hipp. et Galeno ſupra citantur, plurimumqꝫ in hippochondriis moretur hac qꝫre, iecur, lienemqꝫ auget et euacuationes cohibet: cocta vero, cum ꝑ coctionem a terreis, et craſſis partibus denudetur, et ſic purioꝛ, ſincerioꝛ, et commodioꝛ fiat, hęc fugit incõmoda, cuꝫ nec plurimũ in hippochõdriis moꝛetur, et facile vagetur ꝺ poſito a craſſis, et terreis partibus obſtaculo, ſicqꝫ cõmodius ſiti extinguit qꝺ ſi ut magis ad penitiſſima penetret et ſiti copioſius dirimat, tibi cura eſt aceti parũ ei immiſces, ſicqꝫ dilutã et pauco aceto, et multa aqua poſcã effinges, quę quidem validiſſime in his adurentibus febꝛibus, et incen-

mis

uis maximo, peculiariq; commodo eſſe ſolet: vel teſtimonio Galeni, qui libro primo de ſimplici medicina capite trigeſimo ſecundo vltimis verbis ſic ſcripſit. Et qui aliter ſiti premũtur, puta in febribus ardentibus, et aduſtis omnibus, qui q; eſtate laborant, ac in graui eſtu: compoſita iis eſt affectio ex calitate videlicet, & ſiccitate. Quare non iniuria compoſita illis medela eſt, acetum, ut quod ſtrenue refrigeret, et quo uis expedite permeet, et aqua, que ſupra q̃; quod refrigeret omnium ſit vel humidiſsima: nihil eſt enim aqua humidius. Ex quo textu facile deſumimus dilutam poſcam ſumme in his adurentibus febribus ad ſitim maxime leuandam prodeſſe, neq; innocuum erit aquam hordei, aut ex oxalide coctam propinare, vel aque cocte immiſcere ſerapia, Galen.

m ex

ex oxalide, aut ex ſucco citri aut ma-
li granati acidi, aut violarum, quæ
omnes iſtiuſmodi aquę ſitim extin-
guere valent, et calorem febrilem o-
rimere. Ad linguæ vero ſiccitatem,
aſperitatem, et nigredinem ea condu-
cunt, quæ aduſtionem, et inflamma-
tionem, et ſiccitatem linguæ extirpa-
re valent: qualia ſunt, quę frigida,
et madida ſunt. Ex his concinnari
poterunt ex ſucco, et muſcilagine pſi-
lij, et ſeminis cidoniorum, et lacte,
Preſertim mulieris puellam lactan-
tis, vel ouino, aut caprino: ex aquis
portulacę, et lactucæ, ex oxicrato ad
modum diluto: ex oleis violaleo, ag-
midalarum dulcium, et ſeminis cu-
curbitæ, vel melonis, ex fruſtulis cu-
cumeris linguę impoſitis. Ex his, et
alijs poſſunt effingi medicamina: qui-
bus his linguę affectionibus ocurra-
mus

mus: vbi prius linguam ſpecili aliquo radamus, et eius immundas deponamus partes. In dolore vero capitis et grauitate, quæ ſimiliter in hoc morbo ſuperuenire ſolent, non eſt, ꝙ ſcribere occupemur, cum ſatis ſuperq; ex ſuperioribus medela huius accidentis ſit exploꝛata: eiſdem curari remedijs debet, quibus inſomnolentia, licet remiſsioꝛibus, et non ita feſtinanter exequutis, Ex quibus finis iuſtus huic eſt lethali moꝛbo datus, et tibi pꝛinceps Excelentiſsime pꝛo uiribus ſatisfactū, quę a te accipi veli eo animo, quo tibi et inſeruire ſemper optaui, et de hac Repub. optime mereri.

finis.

# DIALOGVS

Liber ſecundus in quo dialogus cōti-
netur, de uenæ ſectione in pleuriti-
de, & omnibus aliis inflammationi-
bus corporis nec non multa alia
ac varia reiq; medicę maxime proficua tra-
ctantur ad eundem Excellentiſsi
mum principem dominum,
dominum Martinum enrri
quez, huius mexicani Reg
ni protegem dignißimū.

Eodem Franciſco brauo vrſinenſi doctore
ac mexicano medico autore.

Bachalarij Enrrichi touares in laudē operis
grauiſsimi, nec non conſumati
ſsimi doctoris Franciſci
brauo epigramma.

Barbaricos poſtes claudis, ſpoliasq; ſuperba
limina maurorum, quę falſa ſacrauerat ante
gens, quã præcipitas: danaũ tu priſtina laude
ſemper floreſces, phæbi iuuenilibus armis
grecorum methodu lõgũ ſuperabit ĩ ęuũ,
pulſaq; barbaries iam iã ſua præmia reddet
argiuis, q; ſuam lucem ſub nocte recondat,
quod ueri dubitãs vero de tramite flectas
per varias gentes, terras, populos q; ſecũda
tendebas nunc ut caderes grauiore ruina.
uiuet at hęrculeũ ſcęptrũ q; nocte refulſit
phębigene tantis, vt tu comitata miniſtris
terribilem inuicto ſternens regina triũpho
maurorũ turbã. I, nomen ſup aſtra referto
clara tuum, cunctis quę primũ inuiſa jacebas
temporibus tantis. ignaua ętate parẽtum
& ſepeli famam mauris erroribus auctam
Indignã (p̃cor ut pereat) ſomnoq; grauata
grecorũ methodus uiuat ſup ęthera fulgẽs

Primum caput in quo adducitur opinio doctoris Nicolai monardes medici hiſpalenſis de venę ſectione in pleuritide, quam in preſenti libro impugnandam accepimus.

¶INTERLOCVTORES SVNT
Franciſcus ac Ludouicus.



FRanciſcus, fauſtam, felicē, ac hilarem venturā hanc noctem chariſsime Ludouice tibi deus opt. max. præſtet, video te in hoc præſtantiſsimo totius Hiſpanię emporio ita ſolicitum, ut potius mercatorem, q̄z medicum agere videaris. Ludouicus ſumme gauiſus ſum, cum te venientem aſpexi mi Franciſce nam diu erat, q̄ vnum ex noſtris attendebā, vt mutuo de his, quæ in nobiliſsimo hoc emperio fiunt, loqueremur. Nā ſi hominum varia genera, pulchros

orna

ornatus, venaliaq; omnia expectes credas hoc reliquis emporijs, tum dignitate, tum opum, rerum q; omni um vbertate: preſtare Fran. ita eſt: ſed hęc omnia, quo praecioſiora ſunt, eo me acrius moleſtant. Lud. redde rationē. fran. nam dū hęc ſenſum meū erigunt, et horum omnium deſiderio afficior, Ita intellectum ſubuertunt, ineptum q; reddunt tum ad literarū ſtudia tum ad librorum inſpectionē. Lud. Verum eſt, qd hęc mentem a‐ uere philoſophię contemplatione e‐ uertunt: ſed, ut talia animum minus affligant diuini Platonis conſilio vtor, qui in phaedone admonet verum philoſophum, ac ſcientiarum culto‐ rem: ut neglectis ſenſuum voluota tibus ſoli philoſophię, ac ſapientię medicationi ad hereat atq; in cum‐

bat, obidq3 philoſophiam mortis cō templationem diffinit: cum verus phi loſophus mētez ſe iunctā a corporeis delitijs inſtar mortui prę ſe ferat: quorum platonis verborū ſeries hęc eſt, videatur ne tibi philoſophi officium eſſe ſectari eas, q̄ appellātur voluptates. Quales ſunt epularum, atq3 poculorū minime q̇dez o ſocrates: inq̄t ſimias, ſed nunq̇d venereorū, nullo modo inq̄t. Quid reliquū corporis cultū? an multi facere philoſophus tibi videtur? vt habere veſtes ęgregias, calceoſq3, et alia q̄ circa corpus ſunt ornamenta: vtrum multi facere tibi videtur? an nihilipendere, niſi quatenus magna cogat neceſsitas illis vti? mihi quidem videtur verus philoſophus hęc omnia floccipendere: inquit ſimias an nō tibi videtur eiuſmodi ſtudium haud ad corpus quidem

verus philoſophus mētem ſeiunctā, a corporeis delitijs inſtar mortui prę ſe ferre debet.

de

declinare, ſed quantum fieri poteſt, abillo diſcedere, atq; ad animum ſe conuertere? mihi quidem inquit ſimias: nonne igitur in huiuſmodi rebus primum manifeſte apparet: philoſophus preter ceteros homines animũ q; maxime poteſt, a commertio corporis ſegregare? apparet inquit hactenus plato. Fran. ſed iam ( ut in prouerbio eſt ) ſatis luſimus. Nam ſapientum eſt relictis ſeriis ac difficilimis aliquantiſper iocari: obſecro, vt reddas mihi rationem tuorum ſtudiorũ, Lud, ãteactis diebus noſter monardes medicus mihi ſumma familiaritate deuinctus dono dedit libellum quẽdam a ſe ſcriptum, et ſuis ſumptibus antuerpię impreſſum. In quo miro ordine, et ante a nullo excogitato cõuenire galenum, ac grecorum ſententiam, cum Auicenæ, Arabumq; placitis

citis

citis inſinuat circa ſanguinis miſsio nem in pleuritide. Res quidem ut no ſtris temporibus noua, ita admiran da, vtilis, et medicis apprime neceſſa ria, huius ſum addictus lectioni, quę meum ita animum exhilarat, ut ſępius lectum, et relegam, et minutiſsimas literas percurram. In quo et variaz multipilcem q́z lectionem, ſummam eloquentiam: caſtamqz narrationem inuenio. Fran. Satis uiruz laudaſti: ſed tuę aſſentationi acquieſcerez, nite ironice (ut aiunt) locutum intellige rem: cum tibi abunde viſum ſit in hac ſua oſtentatione quoſdam noſtri tem poris medicos imitari, qui hirundi num ritu bilingues apparent, ac pre clauz facinus eſſe ducunt. Barbaris ſentētijs ſubinde grecoruz dogmata inter texere, ac omnia hoc modo con fundere: quemadmodum is in ſua fa cit

Barbarorum mos.

cit oratione, qui grecorũ, ac Arabũ confuſis opinionibus, quid ſibi velit, nunq̃ oſtendit: ſed enigmata loco vere doctrine nobis proponit, vnde cũ ſophus videri velit, iure optimo moroſophũ appellabimus. Nam ad hãc ſententiam, nec ego plane accedo, nec doctum quempiam medicum acceſſurum exiſtimo. Quid enim moleſtius galeno fieri poteſt, q̃ verã eius ſententiam Auicenę ex diametro oppugnantem cum Arabum decretis confundere: obſecro ut librum oſtendas. Lud. Lubentiſsime faciã. Recedamus cum nox pracoci curſu prorrumpens moleſtas tenebras noſtris oculis diffundat, ac ſuo frigore nobis minitetur: accipe, ac curioſsime lege, et ea, quę non probaueris in craſtinum examinanda differas. Fran. Summas tibi gratias ago,

faci

faciam ut iubes interim vale: et me, ut ſoles redama.

¶ Lud. Felix ſit tuus aduentus, mi franciſce, ex primo tuo aſpectu intue or te plurimū inſudaſſe: ac vigilaſſe circa libri lectionem, cum oculos ſubmiſſos, toruosq́ꝫ et veluti inſpecu quodam reconditos habeas, profer iudicium fran. ſumma cura, maximoq́ꝫ ſtudio librum non ſolum legi, ſed prorſus deuoraui, et quidem inueni plurima notatu digna, Arabuꝫ q̄ſ ſententiam ad faſtidium vſq́ꝫ enodatam, quę omnia virum meo iudicio ſapientem, ac omnibus numeris dignisſimum oſtendunt: ſed ubi concordię initium (ſic enim ſuum librum intitulat) explicandum aggreditur. Hic labor hic error eſt, hęc ſunt quę non probo, galeni inq̄ꝫ doctrinę prorſus aduerſa, quorū ut meā tibi ratione

nem reddam, eius proponam ſenten tiam, quam deinde totis viribus ex Galeno eruam.

¶ Primo proponit vir iſte tres galeni reuulſionis modos, alium a ſupernis ad inferna, qui ſecundum longitu dinem exiſtit: alium ſecundum latitu dinem, ut a dextris ad ſiniſtras, et ecõ tra: tertium ſecundum profunditatẽ, ut de interioribus ad exteriora, et e contra: in hoc Arabes cum Galeno conuenire aſſerit, dicitq; Galenum, ac Arabes in his tribus reuulſionis modis attingere vnum ſcopum.

¶ Quantum ad primam diuerſionis ſpeciem, quæ fit ſecundum longitudi nem aſſerit ex mente galeni corpore plethorico exiſtente, ac in principio morbi fieri debere reuulſionem ad di ſtantiſsima videlicet loca, hocq; pro bat Galeni teſtimonio libro. 13, metho di

di ſic dicentis, ad longiſsima ſemper faciasantiſpaſim, perque verba dicta innuere galenum inſtar Arabum ſanguinis miſsionem diuerſionis gratia ex locis diſtantiſsimis loco affecto, vbi corpus multitudine oppreſſum eſt, ac in morbi principio conſtitutum dicit qꝫ galenum admittere in his corporibus latterali morbo oppreſsis ſanguinis miſsionem ex poplitis venis. licet eam non manifeſte expreſſerit, ut Arabes faciunt: hoc vlterius probat ex galeno. 13. methodi quo ſic ait. Manu male ſe habēte pedis eiuſdem partis venam inſcinde: in quo loco ad diſtantiſsima diuerſionis gratia loca procedit.

¶ Quo ad ſecundum diuerſionis modum, qui fit ſecundum latitudinem, ut a dextris ad ſiniſtra, et econtra: dicit tum habere locum ex Galeni mēte, quādo pleniſtudo, ac ple

thora non admodum excelens, ac maxima fuerit: tum enim non eſſe neceſſariam diuerſionem ad diſtantiſsima, ſed ſolum ad diſtantem locum ponit, ac a dextris tum fieri debere ad ſiniſtra, et econtra, hancq; diuerſionis ſpeciem ſeruaſſe galenum in pleuritide, in qua mediocris eſſet humoris redundantia, ut ea in latere dextro exiſtente ex brachio ſiniſtro fieret, vel in latere ſiniſtro ex brachio dextro, vt Arabes faciunt. Probat hoc galeni teſtimonio, 5. parte aphoriſ. com. 68. inquiens, non ſolum intendit purgare de locis infimis, ſed materiam per partem oppoſitam ſatagit extrahere quod ex contrario fit: ſi ergo in latitudinem ferit a dextra ad ſiniſtram, vel a ſiniſtra ad dextram fieri innuit. Quod ſimiliter probat ex galeno. 5. methodi capite, 3. vbi ſic ait: oppoſita vtractio

ſic

ſic efficitur, ſi materia inferius deſcē
dat ad ſupernam partem trahatur,
et e conuerſo: aut ſi ad dextram moue
atur ad ſiniſtram, et econtra. Hoc
ſimiliter docere ſæuit .4. methodi
capite. 6. et. 2. methodi capite. 4. et
libro de ſanguiſugis et ſcarificatione
et alijs locis.

¶ Quo ad tertium diuerſionis mo
dū, qui a poſterioribus ad anterio
ra, et e conuerſo fit, ac per eandem
prorſus partem dicit a Galeno fieri,
commendariq; quando nulla adeſt
plenitudo in corpore, hancq; ſimul
diuerſiuam ac euacuatiuam appella
ſſe, et probat hoc galeni teſtimonio. 13
methodi capite. 2. cum de phlemone
hepatis mentionem facit: vbi ſic in
quit. Antiſpaſandum ſimul ab hepa
te, et euacuandum phlebotomia ſecū
dum dextrum cubitum interiorem ve
nam

nam inſcindens, et libro de curatione per ſanguinis miſsionem in curatione apoſtematis dextri oculi, quando inſcindit venam eiuſdem brachij eaʒ vocat diuerſiuam, ac euacuatiuam: hec ſunt omnia, que adducit vir pro Galeni mente, quibus concludit galenum in pleuritide, ac omnibus aliis morbis, qui ex decubitu fiunt, vbi maxima fuerit humorum redundantia ex diſtantiſsimis, ac deniqʒ ex poplitis vena facere inſciſsionem: vbi minor fuerit repletio ex parte oppoſita et non diſtantiſsima, vbi nulla fuerit multitudo ex eadem parte. Lud. Ve ram viri ſententiam, ac mentem declaraſti, quæ ita mentibus Arabum medicorum firmiter hæret ut eaʒ violare grande apud ipſos nefas exiſtimetur. Sed cum hec omnia non probes, et galeno falſo adſcripta dictites:

opinio Arabũ de uenę ſectione in pleuritide.

 tes:

tes: redde rationem. Fran. Faciam, ſed anteq̃z aduerſus viri dicta inſur gam, ne ab ignotis procedamus, ple uritidis de qua contendimus diffini tionem, ac nothas proponam.

¶ SECVNDVM CAPVT IN quo pleuritidis diffinitio, ac pathonomi ſimptomata traduntur, & exponitur, in pleu ritide præter venę ſectionem, et purga nem maxime proficuam eſſe.

diffini-tio ple-uritidis.

PLeuritis omnium me dicorum conſenſu in flammatio eſt mem branæ intrinſecus co ſtas ſubcingentis, ut galenus aperte inſi nuat ſecundo de arte curatiua ad glauconem capite. 3. ſic inflammationis quidem ſpecies tot ſunt ſecundum ipſam affectionis di

ſe

ſæ naturam, veluti a grecis bubones phimata, phigethla, optalmias, pleuritidas, perinepmonias, et multa alia similibus dicta appellationib9. Hæc etenim omnia inflammationes ſunt in prioribus comprehenſe ſpeciebus, et paulo inferius, ſic ait. Pleuritis pero eius que lateribus ſubiacet, eſt inflammatio idem galenus, libro introductorij capite. 15. ſic pleuritis lateris ab interiori parte eſt inflammatio. Quod et libro. 4. d cauſis pulſuu; capite de pulſu pleuriticorum confirmat: et prima ſectione aphoriſ. aphoris. 12. cuius pleuritidis nothe, ac pathonomica ſimptomata a Galeno adducuntur libro. 5 de locis patientibus capite. 2. circa finem, inquit ſane que in ſuſcingente coſtas membrana, ac muſculis illi continuis fiunt inflammationes, morbum. Galen.

quem lateralem vocant efficere ſolet
huius accidentia inſeparabilia ſunt
febris Acuta, dolor perinde ac ſilo-
cus intẽdatur, ac pungatur: ſpiratio
frequens, et parua, pulſus paruus,
arteriam duram, et quodammodo te-
ſam indicans, tuſsis magna ex parte
cum ſputis coloratis, nonnunq̃ ſine
his: cuius ſententiæ Paulus aſtipula-
tur libro. 3. capite. 33. ſic dicens, his
accedit ſpirandi difficultas, tuſsis,
febris continua, dolor a ſumma hume-
rorum compage ad extremas coſta-
rum cartilagines pertinens, pulſum-
q; durum, et ſerre modo aſperum ob-
tinent. Quæ propria pleuritidis ſimp-
tomata Hipp. Primitus depinxit: a
quo omnes ſumpſere libro. 4. de vic-
tu acutorum textu. 72. Ita in peri p-
neumoniis, et pleuritide, ita conſide-
rare oportet: ſi febris acuta fuerit,
ſi

propria pleuritidis accidentia.

paulus.

Hipp.

ſi dolores lateris, vel alterum, vel v-
trunq; infeſtent, et ſi æger in ea, quæ
ſurſum fit ſpiritus latione laboret, tu
ſsesq; adſint, et ſputa educantur ru-
fa, vel liuida, vel tenuia, et ſpumoſa,
et florida. Quo textu cōgeriem pro
priam accidentium pleuritidis co
llegit Hipp. Quorum omnium ſimp-
tomatum Galenus ſeriosam reddit rationem libro de artis medicę con- Galeñ.
ſtitutione capite .18. vbi ſic ſcribit.
Suppoſitum ſit phlemone membra-
nam, quę coſtas ſubcingit laborare.
Eſt hic quidem nimirum affectus, q̄
quidem ex neceſsitate habet ſimpto-
mata, tumorem, ruborem, dolorem,
quorum duo nunc ſub ſermone non
cadunt, dolor autem ſolus reliquitur
qui ad coſtas firmatur, pungens q̄;
fit dolet igitur homo quoniam affec
tus phlemone eſt, ſpecies autem do-

lor is pũgens, quod membranoſa, ſit et partis affectę ſubſtātia firmatur ad coſtam, quoniam in hac ſitus eſt affectus locus, & quidem latiſsime diffunditur dolor, quoniã & ſubcingēs ipſa membrana ad plurimum ſpatij extenta eſt: comitatur febris neceſſario, tum ob affectum, tum ob ſitum offenſæ particulę, quin et ægra ſpiratio inter ea cenſebitur, quę affectum locum neceſſario ſequuta ſunt, quoniam reſpirationis pars cuiusdam eſt inſtrūmentum: ęgre tamen reſpirationis non ob partem ſpecies erit, ſed ob affectum. Prohibet enim dolor quominus reſpirationis inſtrumenta plurimũ attollantur. Exoluũt itaq; reſpirationẽ vſu nõdũ completo, vnde ad ſecũdam actionẽ pergere cito aguntur, non tantum quietis adhuc, quantum cum in naturali ſtatu erant nãciſcẽtia. Itaq; fit ſpiritus paruus

ac creber: ſed pulſuũ quoq; alteratio
ſubcingentis, mẽbranę phlemonẽ ne-
ceſſario affectatur, tũ quę febribus in
ſeparabilis eſt tũ quę ꝓ loci affecti
ſpecie cõſiſtit. Pulſant enim ipſis ar
terię maius, celerius, crebriuſq; quo
niam febricitant: quia vero neruoſa
eſt pars, quæ phlemone laborat, cũ
tenſione, ac duritia. hęc itaq; ex nece
ſſitate ſubcingentis membranę phle
monem ſequuntur ſimptomata. Hac
tenus galenus, cuius textus vberio-
rem fecimus explicationem, quo vni
uerſam ſimptomatum in pleuritide c
uenientiũ adũguẽ reddat rationẽ. lud
dũ hęc dicerẽ ſ in mẽtẽ ſubijt me ſępi
ſſime pleuriticorũ interfuiſſe medelę,
et nunquã talem pulſus ſpeciem, quę
ſerrantis imaginẽ prębet vidi, vnde
crediderĩ inter pleuritis propria ſig
natalẽ pulſum nullatenus numerari.

Fran. galenus quarto de cauſis pulſuū capite ꝺ pulſu pleuriticoꝝ, ac paulus cap. de pleuritide aſſerūt hūc pulſum inſeparabilem, ac proprium eſſe pleuritidis: vnde minime dubitandū. Quod vero vbi hominis laterali morbo affecti pulſum tangentes, hanc motus ſpeciem minime dignoſcamus cauſam: crediderim in noſtri tactus hebetudine, ac inexercitatione conſiſtere. Indiget enim pulſuum exquiſita cognitio medico natura peritiſsimo, ac exercitatiſsimo, qualis Galenus fuit, nos autem cum his careamꝰ ſolas pulſuum primas, ac communes differentias magnitudinez videlicet et paruitatem, velocitatem, et tarditatem, crebritatem, ac raritatem, et his ſimiles dignoſcimus exquiſitas, abditas, ac latentes minime apprehendentes, Ex quarum numero, hec cum

pulſuū cognitio medico eget exercitatiſsimo, & peritiſsimo,

cum ſit, nil mirum quod hanc ad huc in magna pleuritide non ſentiamus: quod et galenus ſatis pulchre indicauit primo de dignoſcendis pulſibus capite primo his verbis. Equidez ut verum dicam ad exactiſsimam quidem, ac abſolutiſsimam cognitionez requiri totam humanam vitam putẽ: ut autem tantam aſſequaris, quantã nunc parabimus nobis, non ſex menſes tantum, quibus vniuerſam medicinam profitentur ſapientiſsimi ſe iſti methodici tradituros: ſed annos per multos, quod paulo ſuperius eodem capite confirmat ſic. Nam cum tactu nobis opus eſt exercitato, ut paruam etiam exacte differentiam ſentiamus ſed de his ſatis, hec omnia prolixius diximus, ut ſciant ſtudioſi quantum emolumenti ex ſanguinis miſsione in pleuritide, potius ꝙ purgatione, ſucce

Galen.

Idem galenus.

cedat eſt enim ſi quid aliud pręſtantiſsimũ in pleuritide remediũ ſanguinis miſsio, vnde merito galenus latẽter Hipp. tacans ſecundo de ratione victus venę ſectionẽ purgationi pręntulit, non alia ratione, q̃ꝫ ꝙ dignoſceret ſanguinis miſsionem vtiliſsimam ac efficaciſsimam in hoc morbo fore quod Paulus intelligẽs libro. 3. capite. 33. ex mente Galeni confirmat his verbis. Recentiores autẽ omnibus venã inſcindunt, veriti, ut opinor, turbationem, quam purgatio ſolet acceſsire: quod ratione ne inficias ibis, tali demonſtrabo. Pleuritis vt ſupra probaui, inflammatio eſt: cum vero omnis inflammatio, ut galenus diſerte probat. 13. methodi circa initium, et. 2. de arte curatiua, ex affluente, ſuper abundante qꝫ ſanguine fiat: in omni qꝫ pleuritide ſanguis hac ratione

venę ſectio pręferenda in pleuritide ẽ purgationi.

ne redundet, merito ſanguinis miſsi one, ut ſtrenuiſsimo remedio ad ſan guinis redundantiam deponendam vtimur, ſed nõ ita obſtinate hoc tenẽ dum eſt, quin credamus purgatio ne in pleuritide galenum non vſum fuiſſe, quod aliqui ex Galeno an te probare ſtudentes credunt in pleuritide minime expurgandum eſſe: cum Galenus contrarium a perte inſinuet libro ſecundo de ra tione victus contextu. 11: vnde poſt q̃ Hippocratem ſimulanter repre hendit, paulo infra ſic ait: cum igitur febris non vehemens fuerit, naturam q̃ ęgrotãtis expertus fueris ad me dicamenti expurgantis potum te cõ feres his q̃ ab Hipp. ſcripta ſunt, vel e tiã aliis ſimilis naturę vſus, qđ ſimul cõfirmat. 4. de ratione victus contex tu. 76. vbi ſe p̃ma die, ſecũda ac aliis

in pleu ritide ſi militer expur gãdum, ex gale

vſum

vſuꝫ fuiſſe purgatione aſſerit, ſic quã
ob cauſam et prima interdum die,
et ſecunda, et quarta et interdum q̃n
ta medicamenta dedimus, et non in
quarta ſolum, quomodo is dixit. Cui
ſententię nec ſua defficiet ratio, nam
cum pleuritis non pura, ſimplex q̃
ſit inflammatio, cuꝫ ſemper aut eriſi
pelatis, aut œdematis, aut ſchirri mi
celam nanciſcatur, ſanguinemq; mi
nime purum: ſed aut bile, aut pituita,
aut atrabile refertum contineat, a
ffectusq; ſit, in quo ſanguis cum vici
oſo ſucco redundat, merito poſt ſan
guinis miſsionem ad purgationem d
ponendę aut bilis, aut pituitę gratia
confugimus. Hoc q̃ꝫ conſilio galeni,
qui libro. 4. de tuenda ſanitate, capi
te. 8. in his affectionibus, in quibus
tum ſanguis, tum viciosus ſuccus re
dumdant poſt ſanguinis detractio
nem

pleuritis non ſimplex inflammatio, ſed cõpoſita.

nem ad purgationez procedit. Lud. Acutiſsime tum que ad morbi eſſentiam, ac ſanguinis miſsionem, et purgationem attinebant, diſſeruiſti pro quibus ſummas tibi gratias agere perpetuo non deſiſtam, cum me ex eorum claſſe, qui dejectionem inpleuritide damnant, manibus (ut dicunt) devinctis detraxeris. Sed iam tempus eſt, ut ad viri ſententiam eliminandam accedamus. Fran. Lubentiſsime faciam, vbi prius capita ipſius perſtringero: primũ eius caput hoc ē.

¶ Primum caput, in pleuritide, ac omnibus aliis inflammationibus, vbi maxima, excellens ꝗz fueirt repletio, ac morbi initium, galenus ex diſtantiſsimis venę ſectionem faciendam cõſulit, in hocqz cum Arabum ſententia concordat.

¶ Secundum caput galenus in his mo

morbis venam poplitis latenter in-
cindendam ad monet.

¶ Hę prime ſunt viri aſſertiones, q̃ ſta a galeni mente recedũt, quantũ a falſo verũ. Cuius opinionis impugnationem, anteq̃ aggrediamur, exponere nobis expedit modos omnes euacuationum, de q̃bus galenus, ac greci omnes non ſolum in curandis inflammationibus, ſed in omnibus aliis vtuntur morbis, quibus ſcitis facile erit hęc abſurda impugnare.

¶ DIGRESSIO DE SPECIEbus euacuationum, quę per venę ſectionem fieri ſolent ex galeni ſenſu & caput tertiũ.

tres euacuationum differētię

Euacuationũ, quę per ſanguinis fiunt miſsione, omnes medici tres ſpecies, ſeu differentias tradunt, videlicet reuulſionem, de-
ri

riuationem, et ſpecialem per parteʒ
euacuationem: ita vt euacuatio gene
rice ſe habeat ad has, quid quid eniʒ
euacuatur, aut per reuulſionem, aut
deriuationem, aut propriæ partis e-
uacuationem fit, cuius ratio eſt, quia
in omni morbo materiali, ac ex influ-
xu humoris orto alius ſit humor, qui
actu partem affectam obſidet, ac do-
lorem, et accidentia procreat: alius
ſit, qui ad partem affectam influxu-
rus ſit, et morbi augmentuʒ facturus
ita, et duplex euacuationis forma eſt
neceſſaria reuulſoria, ir q̃ʒ, quę influ-
xuro expedit, et deriuatoria, quę re
center in parte impacto conuenit.
Cum vero qui influxus eſt humor ne
ceſſario ad declinationem deueniat:
inde alia euacuatoria per propiam
partem uti neceſſe eſt, quæ videlicet
tũc locum habet, cum humor in decli
natio

natione eſt conſtitutus, ac iam eſt antiquitus impactus. Qua ſufficienti diuiſione inſinuauimus harum trium euacuationum formulas neceſſarias eſſe in omni ſanguinis e uena emiſsione, vnde ex his conſtat reuulſionem influentibus humoribus: deriuationem recenter influxis ac impactis in parte, euacuationem vero, antiquitus impactis humoribus competere. Quod galenus ſcripſit libro. 4. methodi capite. 6. ſic cuius etiam ipſius rei diſcrimen libro de ſuccis nos edocuit reuellere nos iubens ad contraria, deriuare vero ad latera, quin etiam cum maxime influit tum ad diuerſa reuellere dictum vero et de hoc eo libro eſt. Quare nūc quoq; ſi etiã num fluxio valenter irruat reuellere ad contraria ſtudebimus: ve q̃ ſi in ſuperioribus ulcus conſiſtat

reuulſio influentibꝰ ſuccis competit deriuatio recẽter impactis, euacuatio vero hęrẽtibus antiquitus conuenit.

inſe

per inferna purgantes, ſin autem in inferioribus ſit ſuperiorem ventrem uacuantes. at ſi iam fluxio reſtitit, atq; in membro inheſit, deriuare perui cina magis expedit, et eodem capite parum infra his verbis: ac ſi perpetuum eſt quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam eſſe, fluxam vero iam in laborante particula vacuandam eſſe, vel ab ipſa particula quæ affligitur. vel a maxime vicina, quam deniq; ſententiam euidentius inſinuat libro. 2. de arte curatiua capite. 2. ſic. At expoſitu indicationeq; ipſa negligēda ē. Nam per quę euacuare oporteat, atq; quomodo ipſa præcipue demonſtrat. influentium igitur ad huc humorum retractio, (ſic enim Hipp. nominat) eorum vero, qui iam membrum obſederunt deriuatio medela eſt. Æt

clarius libello de ſanguinis miſsione
Galen. capite.18.ſic. Porro ut ſummatim
dicam incipientes phlemonas reuul
ſoriȩ euacuare oportet, quæ vero in
ueteratȩ iam ſunt ex ipſis ſi fieri po
teſt affectis partibus, quod ſi neque
at ſaltim ex uicinis. Etenim in incipi
entibus auertere, quod influit, expe
dit in inueteratis autem ipſum tantū
quod affecte parti infixum eſt euacu
are. Quibus in locis Galenus inſinu
at euidenter auulſionem influenti
bus, deriuationem recenter influxis
conuenire. Quod vero euacuatio,
quȩ per eādem fit partem inueteratȩ
fluxioni competat pręter adducta te
ſtimonia inſinuat libro ſecundo de ar
te curatiua ad glaucum capite ſecun
do ſic. Patientibus vero artubus
ac coniunctis euacuatio facienda, ſi
ue retrahere velis, ſiue deriuare po

te

terq; vbi affectio fuerit inueterata, tum enim a membro ipſo patiente detrahimus. Ex his ſecundo innoteſcit diuerſionem ad contraria ſemper efluere, deriuationem vero ad vicina, et propinqua, quod preter loca galeni a me citata indicat, 5. methodi capite. 3. ſic. Auertitur autē ſanguis, atq; ad alia loca contrahitur, tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulſus, horumq; ponit exempla eodē loco ſic. Deriuatio ad uicina loca fit cum id, quod per palatum uacuatur, per nares deriuatur, reuulſio autem ad contraria cum ad inferna reuellitur. Rurſus, quod per ſedem profluit, id, per palatum deriuatur, ſurſum vero reuellimus. Ita nanq;, et natura facere ſolet, quod inſinuauit libro quarto Methodi capite ſexto a me ſuperius citato et ſecundo de arte

diuer ſio ſemper fit ad cō traria, deriuatio vero ad propinqua.

Galen.

curatiua capite. 2. ſic, ſemper enĩ fluxionis motum ad contrarium trahere expedit. Modos vero quibus hęc reuulſio ad contraria fiat, aſſumunt medici ex corporis dimenſionibus, quæ cum tres apud omnes tam philoſophos, q̃ȝ medicos ſint, ita tribus fieri modis reuulſiones aſſeuerant, videlicet ſecundum longitudinem, cũ humores fluentes a ſupernis ad inferna, aut ab infernis ad ſuperna reuellimus, ſecundum latitudinem, ut cũ a dextris ad ſiniſtras, vel a ſiniſtris ad dextras: ſecundum profundum, ut cum ab interioribus ad exteriora, vel ab exterioribus ad interiora diuertimus. Quod galenus ſcripſit libello de reuulſione ſic, et ĩ ſumma reuulſio facienda eſt in humoribus ſurſum repentibus ad partes infernas, in his autem, qui deorſum repunt vice verſa

de quatuor reuulſionis modis

ſa, et intra vergentibus extra, et rur
ſus in his qui extra vergunt intra, et
ſi ad dextra repunt, ad ſiniſtra, et ſi ad
ſiniſtra rurſus ad contraria, et libro. 5
methodi capite. 3. ſic Reuulſio vero
in his, que ſupra fiunt omnibus deor
ſum ſemper agitur, ſurſum in his, quę
ſunt infra, præterea adextris ad ſini
ſtras: ſicut ab his rurſus ad illa: ſimili
ter ex his, quę intus habentur ad ea,
quę foris ſunt, contra ꝙ ab his ad ea
quartum vero diuerſionis moduꝫ ga
lenus aſsignauit pręter hos, qui apo
ſterioribus ad anteriora, et econuer
ſo fit comm, aphoriſmi. 68. quinte a-
phoriſ. ſectionis ſic. Dolenti partem
capitis poſteriorem in fronte recta
vena inſciſſa prodeſt, galenus i com.
ſic ait. Auerſio autem ad contraria
fit ſecundum longitudinem, ſupra, et
infra, ſecundũ latitudinẽ vero hinc &

inde: ſecundum altitudinem ante, et retro. His itaqꝫ omnibus modis contigit fieri ad contraria reuulſiones, quorum exempla ponit idem autor locis ante citatis: ad quæ recurrere lectorem admonemus. Ex his elicimus maxime aberrare ſectę arabicæ professores, qui ut ſue letalis opinionis galenum fautorem habeant, aſſerunt ipſum per hęc, et alia teſtimonia iuſſiſſe reuulſiones ex contrario latere loco affecto eſſe faciendas, quod ipſorum decretum eſt, non vero Galeni verum ſalua horum pace tantum abeſt, ut vera proferant, quinimo Galeno imponāt falſa: cum neſciant diſtinguere apud hunc virū, aliud eſſe per diuerſiones humores ſemper ad contraria trahendos, aliud vero eſſe eandem diuerſionem faciendam eſſe ex eodem, et recto latere, et non ex contra

error Arabum.

tra

trario, in quo totius huius antiquæ quęstionis ſcopus conſiſtit: quod ex galeno inpreſentiarum monſtrare conabimur, ut iſti hominum iugulatores ab hinc ſe galeni clipeo tueri deſiſtāt. Galenus poſtq̃ locis a me ſupra citatis in omni diuerſione humorum motus debere fieri ad contraria ſcripſit: ſtatim eiſdem locis parum infra aſſeruit reuulſiones, ſeu deriuationes perpetuo faciendas eſſe ex eodem, et recto latere patienti loco, et nō ex contrario, quod euidentiſsime intelliget ſiquis ſecundũ caput ſecundi de arte curatiua libri. et 3.5. libri Methodi legerit, quorum textuum vera enarratio hæc eſt, ex ſecundo de arte curatiua ſic. Utrunq; autem vacuationis genus per communes venas fieri præcipit, veluti in locis mulíebribus in contrarium trahes,

reuulſio ſemper ad contraria & ex recto latere fieri debet.

ſi eas, quę in cubito ſunt venas ſecu eris: aut mammis cucurbitulas appo ſueris, vel manus concalefeceris, et fricueris, atq; obligaueris, deriuabis vero, ſi eas, quę in poplitibus, aut ma le olis ſunt, venas diuiſſeris, et cucur bitulas coxis applicueris: et crura calefeceris, ac perfricueris, atq; de ligaueris, et ſiquidem in parte dextra locorum affectio fuerit, a dextra manu aut crure detraxeris ſanguinē, ſi ve ro in ſiniſtra ab artubus, quæ illi edi recto ſunt, quod enim ab Hipp. cati xin dicitur, hoc ipſum eſt, ſecundum rectitudinem, et paulo infra ponens exempla ſic. Nam ſi ſplene inflamma tionem patiente ſanguinem vis eua cuare, interiores in manu ſiniſtra ve nas ſecato, et ſi hępate eadē ratione in dextra, hęc ille: ſed dum hunc textū ſcriptis mandarē, mihi ex animo fuit

fal

falſam quãdam jouberti medici mõs
pellienſis interpretationē circa hũc
textum euellere, quęquidem interpre-
tatio minime galenum ſapit, qui pa-
radoxarum demonſtrationum libro
demonſtratione nona aſſerit per com
munes venas Galenum intellexiſſe
eas, quę ſanguinem continēt non dū
alicui particulę nutriendæ determi-
natum ſed omnibus, aut pluribus cer
te communē. Quales ſunt in brachio
cephalica, baſilica, et media: his ꝙ
opponi dici proprias, et pæculiares,
quę vni tantum particulę nutriendæ
inſeruiunt: vt vena frõtis, temporum
linguę, et ſimiles: verum ſiquis ada-
muſsim galeni ſenſū inueſtiget, inue
niet hanc expoſitionem minime gale
no decere. Cum in eodē textu velut
in exemplo inter communes venas,
poplitis, et malleoli venas memoret,
quas

inpugnatur joubertus.

quas conſtat peculiares eſſe, et non toti corpori communes. Cum crurũ nutritioni ſub ſeruiant. Itaq; vbi in hoc loco reuulſionem, et deriuationem per communes venas fieri, dixit Galenus, per communes eas, quę cõnexionem conſenſum, et ſimpathiam habent cum membris affectis intelligi voluit, ſicq; hępati, et membris ſupra hępar conſtitutis vſq; ad iugulũ internas venas communes appellat minime vero cęphalicas. Ita his mẽbris, quę ſupra humerum ſunt, communes cęphalicę ſunt, et his, quę infra renes poplitis venæ ſunt communes, quia hæ omnes connexionem cum illis habent membris, erga illa & propagantur, et inſeruntur. Quod infra latius erit exponendum ſed hęc obiter. Secundus textus quem ſupra citaui libro Methodi

taliſ eſt. Auertitur autem ſanguis, atq; ad alia loca conuertitur, tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulſus. Nam hæc quoq; Hipp. inuenta ſunt: omnis ſcilicet immodicæ euacuationis communia remedia deriuatio ad vicina loca fit, cum id, quod per palatum euacuatur, per nares deriuatur: reuulſio autem ad contraria, cum ad inferna reuellitur, rurſus quod per ſedem profluit, id per uuluam deriuamus: ſurſum vero reuellimus. Ita n[...]q; et natura ipſa facere ſolet. Mulieri enim, inquit Hipp. ſanguinem vomenti mẽſes ſupuenientes remedio ſunt, hac igitur de cauſa, ſi vel menſes confertim eruperint: vel ſanguis ab vtero quoquomodo profluxerit ſurſum reuelles cucurbitã maximã ſub mãmis defigẽs: nam et hoc Hip. inuentum ẽ,

can

eandem ob cauſaꝫ, cum e naribus ſan
guis erumpens eſt, ipſum retinent,
maxime in præcordijs defixę cucurbi-
tę infigendę autem ſunt: ſi ex dextra
nare profluit, ſuper iocinore, ſin ex ſi-
niſtra ſuper liene, ſi ab utraqꝫ nare ſu
per vtroqꝫ ſunt imponende viſcere:
ꝙ ſi reſolutus ad huc ęger non ſit, e-
tiam vena ex eo cubito inſcindenda
eſt, quæ profuſioni e directo reſpõdet
hęc ſunt galeni verba, quibus poſtq̃
reuulſiones ad contraria fieri ſcripſit
ſtatim infra eaſdem ſecundum recti
tudinem faciendas eſſe dictitauit.
Unde manifeſtus eſt error Arabum,
qui aſſeuerant reuulſiones apud ga
lenum ex latere contrario eſſe facien
das, quomodo autem ſtare poſsit in
via galeni ut pervenam rectam, et lo
co dolenti proximam humoruꝫ deflu
entium fiat ad contrariam partem di
uer

uerſio, et manardus vir doctiſsimus
inſinuauit: et nos inferius, quo me-
lius dabitur occaſio hæc dicendi eno
dabimus. Ex his poſtremo colligi-
mus inepte aberraſſe Arabum ſecta
tatores, qui aſſeruerunt galenum re
uulſiones a longiſsimo, ſeu diſtanti-
ſsimo loco partis affectę conſuluiſſe
ac feciſſe, quod nullatenus veruz eſſe
galeni verba indicant ſuperius a me
citata libro, videlicet ſecundo, de ar
te curatiua, capite ſecundo, Ubi a cō
iunctis faciendas eſſe perpetuo re-
uulſiones dixit, et libro de ſanguinis
miſsione, decimo quarto, & decimo
quinto capitibus, et libris methodi lo
cis a me traditis. Quibus omnibus in
locis in iecoris, lienis, oculorum, ple
urę, et aliorum membrorum inflam-
mationibus reuulſiones non ex diſtā
tiſsimis, ſed ex propiquis fecit. Quā

reuulſio in morbis minime ad diſtantiſsima fieri debet ex galeno.

ſen

ſententiam patentius ſcripſit, et prat tico opere eſt executus libello de cu curbitis, his verbis, Dum vero fiunt adhuc affectiones non in ipſis ęgrotare incipientibus partibus, ſed vicinis ipſarum cucurbita imponenda ē reuulſionis gratia: per quę verba clare innuit galenus cucurbitas, et quā cunqꝫ aliam euacuationem reuulſoriam non ex lōginquis, ſed ex vicinis attamen contrarijs eſſe faciendam, vnde liquet ex galeno, et gręcis medicis duplicem eſſe reuulſionem, pręſeruatiuam videlicet, et curatiuā. Pręſeruatiua eſt, quę morbo non exiſtēti, ſed futuro et venturo cōpetit, ac fluxuros humores a loco afficiendo reuellit: quam Hipp. Galenus, et græci omnes a longiſſimis, et diſtantiſsimis partibus loci afficiendi faciendam dictitauerunt. Altera eſt cu

duplex reuul-ſio apud gręcos, alia pręſeruatiua, alia curatiua.

curatiua, quę videlicet morbo, iam actu partem obſidenti, ac occupanti competit, ac fluentes in parte humores reuellit: hanc ſupra dicti autores ad partem contrariam trahere humores, et non ad diſtantiſſimam ſcripſiſſe, et ſemper ſeruari i hac membrorum rectitudinem. Que omnia, cum a me inferius perfectius abſoluta ſint non eſt, quod in pręſenti horum probationem aggrediar: inferius lectorē latius admonebimus, ut omnia hęc ſatis a me ex græcorum fonte excepta percipiat, ac operibus medicis recte operans adiungat. Nec um etenim intentum in pręſenti capite fuit, Epilogo quodam, ea, quę ex Galeno, ac̄ græcis autoribus circa euacuationum ſpecies ſunt ſeruata, ac operibus mandata

in medium proferre: ut omnes adiſce
re facile queant, et verum grecorum
ſenſum, et q̄z praue, ſatisq3, ſiniſtre A
rabes, ac eorum ſectatores græcorū
dogmata detorſerint.

¶ CAPVT QVARTVM IN QVO
impugnatur viri ſententia.

His prehabitis opportu
nū eſt iā capitibus ab ad
uerſa parte adductis ob
ſiſtere. Primum eius
caput fuit, in pleuritide,
ac omnibus alijs inflammationibus
et morbis, qui ex decubitu fiunt: Ga
lenū ex diſtantiſsimis venę ſectionē
faciendam conſuluiſſe, quod licet in
ſuperiore capite tetigimus, in pręſen
ti plenius cōfutabimus ſic. Galenus
in omnibus inflammationibus acu
partem obſidentibus: et pręſertim a

cutis

curis duplici vſus fuit curationis in
tentione, reuulſione ſimul cum deri-
uatione. Nam cū in his morbis alius
ſit humor, qui ad partez influit alius
qui iam influxus eſt, morbumqꝫ gig-
nit, ac ęgrotantem afficit: ita et cura
tio compoſita eſſe debet, quę videli-
cet influxurum humorem reuellat, ac
influxū euacuet. His enim duabus
euacuationibus ſimul factis medicū

I inflam- matio- nū initi- js reuul- ſiones ſi- mul cū euacua- tione cōueni- re.

attentum eſſe in omnium inflamma-
tionum principijs Galenus indicat,
(ne videamus ſine autore loqui) li-
bro. 13. methodi capite. 2. cuius ſen-
tentiam verbum ex verbo aferre non
piguit, quæ talis eſt, phlemones vero
quę in generatione adhuc eſt duplex
ē indicatio veluti ī reliquis morbis om
nibus, qui in gignēdo adhuc, ſunt nec
dū abſolutionē ſunt nati oſtendimus.
Nam quod eorum generatum eſt, id

medicinę parti, q̃ morbos curat ſub-
ſicitur: quod in generatione adhuc e
parti quæ futurum morbum præca-
uet, atq; id circo diximus non ſimpli
cem ſed compoſitam eſſe totam de hiſ
ęgritudinibus, quę in generatione ad
huc ſunt medentis ſolicitudinem eſ
ea, ſcilicet, quę curat, & ea, quę proui
det. hactenus galenus. Cum autē re-
uulſio ſolum ad præcautionem attine
at, cum morbū exiſtentē minime cu-
ret, ſed ipſius augmentū prohibeat:
deriuatio vero morbo infeſtāti mede
atur, merito hoc in loco in inflāmatio
nū pricipijs reuulſione ſimul cū deri
uatione vtēdū ſuadet. Qđ clarius in
dicauit. 2. đ ratione vict9, cōtextu. 10
vbi ī pleuritidis initio venā axillarē
eiuſdē lateris inſcindēdā iubet, quo
niā ſimul, ac citius reuellat, & euacu
et. Idē cōfirmat libro de venę ſectio-

nis

ne, cap. 18. his verbis fluxionibus in cipientibus reuulſiones cum euacuatione magis conueniunt et. 13. methodi capite. 9. vbi in eum ſcribit modum, ergo pariter tum reuellendus, tum euacuandus ſanguis eſt, qui ad ſecur fluit interna in dextro gibbero ſecta vena. Cum itaq; hec ſit indubitata Galeni ſententia minime ex diſtantiſſimis venę ſectionem conſulere poteſt ut vir iſte dicit, cum ea, ſolum reuellere, minimeq; euacuare poſsit, ſecus eſt de Arabibus qui cum ſolam in inflammationibus, & earum initijs reuulſionem ſine deriuatione concedãt ad diſtantiſsima procedũt. Ideo cõcludimus galenum nunq̃ diſtantiſsima loca perquirere in inflammationũ initijs, ut iſte vir falſo probare nititur, cum ſimul reuellere, ac deriuare intendat, quod ſectio ex diſtan

Arabes, ideo ad diſtantiſsima reuellere, quia reuulſiones ſine deriuatione in morbis admittunt.

tiſsimis facere nequit, et ꝙ ſiniſtre vir iſte Galeni mentem eſt aſequutus, cu aſſeueret ipſum ad diſtantiſsima imu morum principiis vſum fuiſſe: quod vltimo indicat galenus libro. 2. de arte curatiua capite. 7. vbi patientibus membris a coniunctis faciendam eſſe euacuationem, ſiue reuellere, ſeu deriuare velimus ſuadet: et ut breuiter galeni hoc caput perſtringam in omni venę ſectione tria admonet, ſeruanda rectitudinem, propinquitatē, ac venarum conſortium.

tria ſeruanda ĩ omni venę ſectione rectitudinē, connexionem ac venarũ conſortium

¶ Dicit vlterius vir iſte, ꝙ maxima exiſtente plenitudine ſuadeat venaſectionem ex diſtantiſsimis, quod expreſſe militat contra galenum: cum i pleuritide illa, cuius meminit Hipp. 2. de ratione victus, maxima adeſſet repletio, ut ex Hipp. verbis elicitur, et tamen non ex diſtātiſsimis, ſed po

tius

tius ex vena axilari ſanguinem detra
xit: idem inſinuat .13. methodi, capite
ſupra citato: vbi in iecoris inflãmatio
ne, in qua totius corporis erat redun
dantia non diſtantiſsimas, ſed axila-
rem venam perquiſiuit idem clarius
demonſtrat libro de venę ſectione, ca
pite .17. in prolixa hiſtoria ęconomi
ophtalmiam patientis, cui ſanguinez
ex humeraria eiuſdez partis extraxit
licet maximę redundantię notas ha-
beret, quod et ſanguinis copia educ
ta, & galeni verba eo loco indicant,
ſi itaq; in maxima repletione ad diſtã
tiſsima deueniret galenus, potius in
his morbis, in quibus redundantię no
tę adſunt ex diſtantiſsimis, q̃ꝫ propi
quis faceret inſciſionem: cum vero
ſecus faciat merito venit reprehendẽ
dus, q̃d falſaꝫ galeno impoſuerit ſen
tentiam. Cum hoc inuentum Arabũ

et non Galeni ſit, ut ſupra ad dux
mus.

¶ Sed ad ſecundi capitis impugna
tionem accedam, in quo aſſerit gale
num in pleuritide laterter venę ſectio
nem ex maleoli venis (inſtar Arabũ)
iuſſiſſe: vnde in maximam viri ducor
admirationem, quod galenum non legerit
pluries ſcribentem, ac aſſerentem in
omni uenæ ſectione, ſiue reuulſionis,
ſeu deriuationis gratia fiat ſeruandã
eſſe uenarum connexionem, ac ſocie
tatem. Ocurrunt autem mihi nunc lo
ci, in quibus hanc ſententiam confir
mat, primus libro. 2. de arte curatiua
capite. 7. quo loco vtrunque uacuatio
nis genus reuulſionem ſcilicet, ac deri
uationem per communes venas fieri
dixit: quod infra exponens in affecti
bus muliebribus venas, quę in poplı
te aut maleolis ſunt eſſe inſcindẽdas
inte

In omni venę ſectione, ſeu reuulſionis ſeu deriuationis gratia fiat, ſeruãdam venarũ cõnexionem.

interiores uero, ubi uiſcera afficiantur, exteriores, aut humerarias, ubi ea, quę ſupra humerum ſunt membra afficiantur. Secundus locus Galeni eſt, 13. methodi capite. 11. quo ſic ait: Satius igitur ſit ubi partes, quę in ore ſunt phlemonem accerſſere ceperint deriuare ad nares pari modo uenam quoq;, ubi hę partes ſic laborãt inſcindere humeralem in manu, & ſi ea non cernitur, mediam, ubi iecur, pectus, pulmo ſic afficiũtur, internã renibus uero, & ueſica, & pudendo, & utero, ſic habentibus eas, quę in cruribus ſunt ſitæ, ac potiſsimum quę circa poplitẽ ſunt. Ultimus eſt locus Galeni libro de ueneſectione, capite. 18. ubi eandem reſcribit ſentẽtiã q̃bus in locis: cũ ꝑpetuo uenarũ ſocietatẽ ſeruet minime poteſt ĩpectoris affectib⁹ uenas poplitis inſcidere, ut uir dicit

 cum

cum in his affectibus potius internaſ q̃ꝫ poplitis inſcindendas dictitet, ac venarum connexionem, quaꝫ ſemper cõmẽdat dirimat. Inmerito itaqꝫ dictuꝫ eſt ab hoc viro galenum latenter ĩ pleuritide venas poplitis inſcĩdere.

## ¶ QVINTVM CAPVT IN QVO agitur de pleuritide orta ex menſium retentione, ac de peſtilenti pleuritide.

SEd ad alia diggrediamur vidẽtes, vtrũ in omni peſtilẽti pleuritide, ac eaq̃ ex menſium, hemorrhoidũ q̃ꝫ retentione ſuccedit, liceat perpetuo maleoli venas ſecare: quod vir libenter concedit: ego licet videam Arabes omnes in hanc conuenire ſententiam, omnibusqꝫ pleuriticis ex menſium, aut hemorrhoidum retentione ſanguinem ex talo detra

he

here: ſecus ex galeni ſenſu faciendum iudico. Nam vbi retēta menſtrua, ac hemorrhoides pleuritidem gignunt attendendum eſt, quod magis vrget et moleſtet: vrgentiori qꝫ occurrendū eſt, ſi itaqꝫ pleuritis magna eſt, maxi meqꝫ ęgrotantem afficit ex ſuperiori bus ſanguis eſt detrahendus: ſin mi nus debilis, ac parua ex inferioribus habita menſium indicatione: quod ſi militer in hemorrhoidum retentione faciendum. Eius enim ſententię eui dēs præbet galenus teſtimonium pri ma ſectione apho, contextu. 16. vbi inuadentibus ſimul, tum pleuritide, tum ſanguinis reiectione per os, qui morbi contrarias habent indicatio- nes, cū ſanguinis reiectio per os pau latina, et extēporum interuallis verę ſectione indigeat: pleuritis vero ſubi ta, ac affatim facta attendā eſſe horū

morborum vrgentia ē attendēda in obeūdis remediis.

mor

morborum urgentiam ſuadeat, ac ur-
gentiori occurrendum: quod ſimul cō-
firmat quinto apho. contextu. 19. quo
textu hoc urgentię axioma reliqua
medicę artis pręcepta pręuertere ſcri-
bit: quod deniq; octauo methodi, pri-
mo de arte curatiua, et alijs in locis
approbat, Si ergo hoc ratum Galeni
preceptum, ut ſemper urgentiam at-
tendamus, merito facient medici, ſi
ſecus, ac Arabes in menſium, ac he-
morrhoidum retentione urgenti ple-
uritidi occurrentes ſanguinem ex ſu-
perioribus, axillaribus q; uenis detra-
hant. Iam ad peſtilentē pleuritidē ue-
niamus, in q̄ ubi uenæ ſectione opus
fuerit, ex malleoli uenis ꝑpetuo facien-
da, quod ut reliquos ſileam grauiſſi-
mus Manardus inſinuat libro. 12. epiſt.
5. ubi ī peſtilenti pleuritide ſanguinē,
q̄ longiſſime a principalibus membris

In peſti-
lenti ple-
uritide,
ſanguis
ſemper
eſt ex
malleolis
educen-
dus.

diſ

diſtrahendum, ac deniq; per uenas poplitis, aut tali reuellen dum. ſcilit nec ſine ratione diximus vbi ea opus fuerit, cum non ſemper venęſectio in peſtilenti morbo ſit obeunda, niſi vbi ſanguinis fuerit redundantia: quod Auicenna rectiſsime idicauit ab Ætio edoctus, quaternione. 2. ſermone 1. capi. 95. de peſte ex Rufi mete trac tans, a quo inq; edoctus ſem. prima quarti, tractatu. 4. capite, 4. de cura febrium peſtilentiu; ſic ſcripſit, ſi aũt materia vincẽs fuerit ſanguinea, fiat phlebotomia, et ſi fuerit alij humores euacuẽtur: quo loco apertiſsime quã do venęſectione, quãdo vero purga tione citra uenęſectionẽ i peſtilenti morbo ſit vtendũ exponit vbi igitur a lijs a ſanguine humores peſtilẽtẽ morbũ conſtituũt, minime ſecanda uena eſt. Qđ nõ alia ratione dictũ ab Auicẽna

q̃ꝫ qđ humores peſtilentes plurimũ a ſanguinis reccedant natura, cum veneni qualitatem induant, ac puri, ſinceriqꝫ ſint. In quibus humoribus ſinceris: ac puris, plurimumqꝫ a ſanguinis natura reccedentibus Galenus quarto de ſanitate tuenda, capite 8. minime ſanguinẽ detrahendũ eſſe conſulit in hunc modum: vbi quidem paululum vel citra ſanguinẽ reſtitũ, vel vltra proceſſum eſt, audacter ſanguis mittendus eſt; vbi autem plus, conſideratius agendum, vbi autem plurimum, in his nullus mittẽdus eſt: rectiſsime itaqꝫ facient ſtudioſi, ſi in his peſtilentibus morbis neglecta ſanguinis miſsione, niſi vbi ſanguinis fuerit redundantia nulla habita de humorum preparatione indicatione, ſtatim purgatione vtantur: cum iſti humores exturgentium natura ſint,

in ſinceris fuccis et plurimum a ſanguine reccedentibus, ſanguis nõ eſt mittendus.

in

in quibus conſulit Hipp. Prima die expurgandum, ac minime cunctandum eſſe. Sed ſunt quidam tante dementiæ viri inter quos Hieremias brachelius eſt qui commento ſupra tegni galeni, in peſtilentibus morbis purgationem, & reformidant & interdicunt aſſerentes, ideo nõ licere expurgare, cum in peſtilenti morbo noxij humores q̃ꝫ longiſsime a principalibus mẽbris ſint euocandi, ne ſua uenefica vi quam ob maximam putredinem ſibi contrahunt, cor, ac nobilia membra labefactent: per purgationem vero humores ab exterioribus ad interiora detrudi, inde ꝙ noxiã eſſe his morbis purgationem, cuꝫ ſatius ſit humores ad exteriora, tum atrahentibus, diſcutientibus ac ſudorem prolectantibus euocare, ꝙ quomodo libet purgare hęc eſt horum hominum opinio,

quam

quam a platonis momó audiant, vlum. Mihi etenim ſat eſt ſcire Galenum contrarium affirmaſſe quinto Methodi, capite. 12. quo peſtilentibus morbis vtiliſsimas eſſe purgationes ſcribit in hunc modum. Ceterum qui ex peſtilentia hoc vitio laborarunt propterea mihi facile ſanari videntur, quod præexcicatum his, præpurgatum q; totum corpus fuerit, quippe, cum et vomuerint ex his non nulli, & omnibus venter profluxerit, atq; cum ita iam vacuati eſſent, his, qui euaſuri erant puſtulę, quas exanthemata vocant toto corpore nigrę confertim matrę apparuerunt, vlcerosę quidem plurimis, omnibus certe ſiccę: quod et Aetius ipſe vno excepto Hipp. ac Galeno facile princeps inſinuat quaternione ſecundo: ſermone. 1. capite. 94. de peſtilenti

In peſtilentibus morbis vtiliſsimas eſſe purgationes.

Aetius.

ti morbo ſic. Et nos ſane tali incipien te cõſtitutione, quecunqz corpora, hu mida videmus, omnino ſiccare cona mur, que vero ſuper fluitant us redũ dant purgationibus ſanamus, ⁊ ca pite ſequenti ex ſententia Rufi de pe ſte tractans ſic ait: ventris cuqz cu ra habenda eſt, ſi uero ſuperior uen ter pituitam habuerit vomitu evacu etur, quibus autem ſanguis abundat his uena ſecetur bona eſt, et per vri nas purgatio, ⁊ queccunqz alie, hac tenus Aetius. Nec obſtat: ꝙ humo res peſtilentes per purgatior es ad in teriora ferantur, cũ maior inſurgat vtilitas ex humoris uacuatione, q̃z ſit noxa ex tranſitu per membra præ cipua: preſertim cum attracti a pharmaco nullã in his membris morã cõ trahãt hacqz ratione nequaq̃z ledere poſsint, cũ agẽs, uel ex mẽte galeni, libe

libello de morborum differentia ad agenduz temporis moram requirat.

¶ SEXTVM CAPVT IN QVO reſpondetur ad galeni autoritates ab aduerſa parte adductas.

Leo. Sed de his ſatis obſecro ut iam receptui canamus, et noſtra diſputatio quę diu vagans huc, atq3 illuc cucurrit, ad aliud diuertatur. Super eſt ut galeni a viro adductis teſtimoniis reſpondeas Fran. In primo Galeni loco, quem adducit ex. 13. methodi, quo ſic ait ad longiſsima ſemper facias a thiſpaſim, delinquit, cum in eo loco Galenus de expurgatione diſſerat, non de ſanguinis miſsione. Locus vero eſt. 13. methodi, capite. 6. cuo ſic ait: quippe pręceptum in contrarium

re

reuulſionis in omnibus talibus com
mune eſt, ne igitur, cum vel circa ſe-
dem, vel aliquam huic vicinanm par
tem initium phlemones incidit, aluũ
deijcies, ne cum in ueſica: vel cole,
uel renibus eſt cepta pharmaca, quę
vrinas prouocent bibenda dabis.
Nec ſi mulieri in vtero: uel pudendo
inſedit menſes huic prouocabis, ſed
ad partes, quę maxime longinquę
ſunt reuulſionẽ facies. Similis huic
locus eſt eodem libro, capite. 11. in
hunc modum: ſiquidez ex his, quibus
oculi phlemone tentari ceperant, nõ
nullos ſola purgatione per aluum v-
no die ſanatos vidiſtis. Quam rem ſi
quis facere in jocinore, cum phlemo
ne laborare incipit tentet, maximam
excitabit phlemonem æque vt ſi cum
in renibus: aut veſica incipit inflam
matio, quę vrinas cieant medicamẽ

ta ex hibeat:aut, cum vterus phlemo
ne laborat, menſes deuocet, ſiquidẽ
longiſsime attentata fluxione parte
quod redundat reuellere, nequaq̃
adeam trahere cõuenit. Hi ſunt duo
galeni loci, inquibus apertiſsime inſi
nuat ſe de expurgatione locutum, et
non de venæ ſectione, quod apertius
reſcribit. 4. methodi capite. 6. ſic qua
re nunc quoqꝫ, ſi etiam num fluxio va
lenter irruat reuellere ad contraria
ſtudebimus, vtiqꝫ ſi in ſuperioribus
vlcus conſiſtat: per inferna purgan
tes, ſin aũt i inferioribus ſit, ſuperiorẽ
ventrẽ vacuantes, at ſi iam fluxio re
ſtitit, atqꝫ in membro in heſit, deriua
re per uicina magis expedit: cuꝫ et in
propinquiora tranſlatio ſit, ⁊ purgan
ti medicamento promptior, tum acce
ſſus, tuꝫ attractio e uicino detur: quo
textu apertiſsime indicat in expurga
tionibus reuulſiones ad longinqua

perpetuo fieri. Si igitur hoc ita eſt,
male galeni locum in ſuam traſtulit
ſententiam: cum de uenę ſectione gale
num locutum ſcribat, ſed forte vir ob
ijciet dicens, cum eadem ſit ratio pur gationis, ac uenę ſectionis videtur, ꝙ obiectio.
quemadmodum galenus in purga-
tione: ad longinqua reuellat, ita age
re debeat in venę ſectione, cum nulla
appareat ratio, qua in purgando lice
at reuellere ad lõginqua, ⁊ non inde
trahẽdo ſanguine: vidẽtur itaq; hec
teſtimonia vtrunq; ꝓbare. Quã ob
iectionẽ ſic diluimus aſſerẽtes non eũ obiectionis ſolutio
dẽ reuulſionis modũ ſeruãdũ in pur
gatione, ⁊ uenę ſectione exeo, q̃a pur
gatio potẽtius, ⁊ validius, corpus a
gitat hacq; ratione expedit, cũ expur
gamus humorẽ ab affecta parte ma
xime depellere, ne maxime commo-
tus a pharmaco in particulam irruat

in venę ſectione, cuȝ minor fiat humorum commotio licebit per propinquiorem partem reuellere. quod in purgatione non expedit ob maximaȝ materię motionem. Quod ſi aliquando galenus venæ ſectione ad diſtantiſsima eſt vſus non curationis gratia, ſed præſeruatione alicuius magni morbi imminentis, hoc fecit, cum in morborum medelis perpetuo propinquitatem attendat, ut ſatis ſupra probauimus. Solum itaq; in morbis imminentibus pręcautionis gratia ad diſtantiſsima procedit, cum ſic humorum impetus ad particulam irruere ſolitos ad longiſsima diſtrahat quod aperte indicat libro ſecundo de natura humana, contextu. 15. vbi Hipp. ad ſcriptam ſententiam, qua ex longiſsimis doloris partibus fieri iuſsit interpretatur ſic dicens, quod vero nõ

explicuit, an adolentibus iam parti bus procul reuelli influentes humo res percipiat, an ſanitatis tempore hoc nomine ſit reprehendendus, equi dem de valentibus potius dictu3 cen ſeo, ut autor aſſuefacere velit exundã tes humores in alia membra fluere. Quo loco indicat venę ſectionem ſo lum ſanitatis tempore ex diſtantiſsi mis eſſe faciendam: ſecus vero mor bi tempore agendum, hacq3 ratione libro de curatione per venę ſectionẽ capite. 19. cum de morborum cautela ſermonem habet, ineunte uere podra gicos ex gibbero, comiti ali vero, ac vertigini obnoxios ex cruribus vacua ri innuit, cum humorum impetus, ſic ad diſtantiſsima repellat, ſed quid ad Galenum reſpondere licet qui libro. 4. methodi, capite. 6. videtur ex ſentẽ tia Hipp. admonere ſanguinis miſsi

reuulſiones ſanitatis tẽpore ad diſtantiſsima agendas, minime vero morbi tempore.

onem in principijs morborum, ex longinquo fieri debere his verbis, impromptu nobis & de ſanguinis detractione colligere tunc eſt, quod in principio hec e longinquo, poſtea ab ipſis exulceratis partibus ſit emolienda, in quo loco videtur uene ſectionē ad diſtantiſsima in morbis admittere. Hec authoritas deduxit Joubertum monſpellienſem paradoxo. 10. ſui libri ut nobis ex galeno ſuaderet, aliquando eſſe in languido, & remiſſo morbo ex fluxione oborto reuellendū ad diſtantiſsima: verum ita in hoc loco, ſicuti in alijs ſibi conſonans Galenus eſt, nec aliud hoc textu intendit q̄, quod ſupra demonſtrauit, cui facile erit exploratū ſi textus ſeriem paru ſupra legat, ſic enim ait. Ac ſi perpetuum eſt, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahen

hendã eſſe, fixam vero iam in laborã te particula vacuandam eſſe, uel ab ipſa particula que affligitur: uel a maxime vicina, in promptu nobis & de ſanguinis miſsione colligere nunc ē, q in principio hec e longinquo poſtea ab ipſis exulceratis partibus ſit emo lienda: in quo textu tali vtitur ſilo- giſtica demonſtratione, ſi verum eſt quod, ab Hipp. didicimus, videlicet incipientem fluxionem eſſe ad contra ria trahendã, & fixã, per eandē par tem euacuandã, in promptu erit no bis colligere ſanguinis miſsionem in principio e longinquo faciendã in fine vero ab ipſis exulceratis partib9 ĩ quo loco per euacuationem e longinquo, intelligit ex contrario, ut ſuperiora verba demõſtrant, unde liq̄t maxime lapſum fuiſſe joubertum nec bene ga leni verba cõciliaſſe rectius manard9 ſen

explicatur galeni textus.

Error! joubarti.

ſenſit qui duodecimo epiſtolarum e
Mañar-
di ſenté
tia.
piſtola.5.poſſe in remiſſo,languidoq́;
dolore ſanguinem elonginquo educi
aſſeruit, verum hoc non ex galeni mé
te confirmat, nam cum hoc aſtrueret
ſic ſcripſit, ignoſcant igitur mihi ma
nes galeni, quod pro veritatis amo
re facturos certe credo, ſi interdum
aliter ſentire me cognouerint:ſed iſta
præter inſtitutum.

¶ Iam ad ſecundam viri authorita
tem exponendam accedam, ſecundũ
adducit teſtimonium pro ſuę partis
confirmatione ex eodem.13. methodi
quo ſic ait. Manu male ſe habente
pedis eiuſdem partis venam inſcinde
quibus uerbis dicit galenum innuere
manifeſte euacuationem ex diſtanti
ſsimis, cum manu affecta, pedis ve
nas inſcindat, quantum vero a Gale
ni intellectu recedat, et ꝙ male Gale
ni

ni verba intellexerit, ipſemet locus indicat: qui. 13. methodi, capite. 5. ſic inſcribitur. Cogimur ergo alias ſanguinem mittere, idq́ꝫ, aut uena inſciſſa, aut membris his, quæ læſa nō ſunt ſcarificatis: manu enim laborante ſcarificabis crura, altero crurum male habente reliquum: perque uerba galenus de ſcarificatione, & non: de uenæ ſectione ſermoneꝫ habet. Quid uero inter ſit inter uenæ ſectionem, ac ſcarificationem galenus indicat, qui in ſcarificationibus partis diſtantiaꝫ ſeruat aliquando, cum pereas, potius reuellere, q̃ꝫ euacuare intendit. In uenæ ſectione perpetuo partis propiquitatem. Quod aperte indicat libello de ſcarificatione, quo, quę ad ſcarificationis commodum expectant uſum adocet, ſic uerbi gratia crura ſcarificamus capite laborante, aut ubi ma

in ſcarificatione ad diſtantia, procedit galenus minime in venæ ſectione.

materiam in corpore redundantem minuere nobis concilium eſt. Et in ſi ne libri ſic ait . Quapropter ab ig-nobilioribus, ut pote cruribus detractionem fieri conuenit, prodeſt autem ſcarificatio etiam oculis diuturna ſuſpione occupatis, & capitis affectibus malisq; thoraci, dorſo q; accidentibus, ad hec anginis, atq; humoribus impactis. Ex quo loco galenus in ocu lorum, thoracis capitis, colliq; affectibus ſcarificatione crurũ vtitur atq; in ſcarificationibus a diſtantiſsima deuenit. Si hoc galeni concilium eſt nil mirum, qđ manu affecta pedis ſcarificatu vtatur pretereo qđ galenus vbi ſcarificari concilium eſt, crura, ut aptiſsimum locum eligit, niſi vbi per eandẽ partẽ ſcarificare cõuenit. Cis ita ꝫ in. 13 methodi, de ſcarificatione, & non de venę ſectione loq̃tur, male

male Galenum ſuę ſententię patrocinari dixit, ſed iam ad alia ſermonem vertamus.

¶ In ſecunda diuerſionis ſpecie, quę a dextris ad ſiniſtra, & aduerſo fit, male galenū intellexit: aſſerit p hanc diuerſionē membrorū de uno latere ad aliud oppoſitionem galenum intellexiſſe, & ſit oppoſitam, ac lateris aduerſi inſciſsionem innuiſſe. Nam omnes locos, quibus materiam dicit Galenus a dextris ad ſiniſtra, & ecōtra trahendam ipſe interpretatur, ideſt ex latere oppoſito: quantum uero a Galeni ſenſu diſtet, ac grecorum doctrinæ aduerſetur, edocet galenus, qui poſteaq̄z in libello de reuulſione de quadruplici reuulſionuz ſpecie mētionez fecit, & aliis locis ut ſupra notuit, ac intereas eius reuulſionis meminerit, que

que a dextris ad ſiniſtra, & aduerſo ſit
Galen. ſtatim libro decime ſectione capite,
15. ſic ait quecunq; ſanguinis eruptio
nes catixim fiunt maximam egrotan
tibus commoditatem afferre, quod
uero catixim vocet Hipp. ſecundum
rectum omnibus confeſſum eſt, quod
ipſe manifeſte hac voce catixim ſepe
numero in hoc vtatur ſignificatu que
vero contra ſanguinem excernunt ni
hil iuuare aut etiam nocere, quod ſci
licet interdum citra mali leuamen vi
res exoluāt. Neq; enim liene magno
exiſtente e dextra nare ſanguis erum
pens, neq; in iecore ex ſiniſtra, ullam
adfert vtilitatē: ſed reuulſio quidem, q
in rectū fit manifeſtā vtilitatē celeri
ter oſtēdit in quibus autē contra cedit
nequaq̄; qd ſimul confirmat eodē li
bro cap. 16. ſic porro ſi in eruptionib'
ſanguinis, que in rectum fiunt reuul
ſionis gratia ſaguinem mittas, m o

conſpicuam videbis utilitatem, at ſi contra uenam ſeces, nullũ ſequetur commodum, quod deniq; approbat libro. 2. de arte curatiua, capite. 7. ſic. Siquidem in parte dextra locorũ affectio fuerit ex dextra manu, aut crure detraxeris ſanguinem: ſi vero in ſiniſtra ab artubus, quę illi e directo reſpondent: quod ſimiliter ſupra indicaui ex capite. 2. ſecundi de arte curatiua, & capite. 3. 5. methodi, quibus in locis manifeſte illorum opinionẽ reprehendit, qui reuulſiones ex cõtrario latere faciendas dictitant. Cum per hęc teſtimonia oẽs reuulſionis modos ſecundũ rectũ fieri approbet. Si ergo omnis reuulſio ex Galeni decreto perpetuo ex parte recta, ac eodẽ latere ſiue reuellendum, ſeu deriuandum, ſeu vtrunq; exequendũ ſit a nobis fieri debet, merito uir redargutione

ne non vacat, cum reuulſionem, quę a dextro fit ad ſiniſtrum, ex latere contrario ſuadeat ex Galeno agendam. Expletur igitur vna, & eadem eiuſdem lateris ſectione triplex reuulſionis genus: quare ea, quę a dextro ad ſiniſtrum fit, et aduerſo licet ex Galeni ſenſu ex eodem latere fiat, inter reuulſiuas eſt numeranda: ſic ꝙ reſpondebimus omnibus abeo citatis Galeni teſtimonijs dicentes galenum in his locis, in quibus humores ad partes cõtrarias reuellere ſcribit, preſuponere ptis eiuſdez rectitudinez. Quę præter iam aducta teſtimonia clarius fieri debere tradit. 13. methodi cap. 11 vnde poſtq̃z deriuationẽ ad propinqua reuulſionẽ ad contraria fieri docuit, ſtatiz ſubdit in hunc ſcribens modum perpetuo uero in omnibus, quę intra tum ſunt venas ſecabis, jecor: q̃dem inflammatione laborare incipiente,

Galenũ in omnibus locis, ĩ quibus dicit. Humores ad partes contrarias reuellẽdos prę ſupponere partis eiuſdem rectitudinem.

quę in dextra ſunt manu, liene vero,
contra. Hęc ille, quẽ ſane locũ ideo
lubentius ſubieci qđ multis q̃ hic dicũ
tur lucem afferat, ⁊ qđ perſpicue do
ceat euacuationem reuulſoriam iter
initia phlegmonũ, atq; ex his venis, q̄
in rectum ſunt faciendam eſſe. Quod
eſt aduerſus inſcientes, ⁊ indoctos me
dicos qui volunt nobis ꝓterue indi
care, qđ quãdo galenꝰ vſus fuit venę
ſectione ex recto, ac eodem loco hoc
fecit tranſacto morbi principio iam
fluxa materia: hoc enim Arabum in Arabũ
uentum eſt minime vero galeni, qđ inuen-
ex hac præſertim authoritate ſatis ſu tum.
perq; liquet, cũ in hoc loco aſſeueret
Galenus in principio inflammationis
ſectoris ſeruandam eſſe rectitudinẽ: ⁊
hęc ſufficere exiſtimo pro his auertẽ
dis viri erroribus, ſuper eſt vt verã
grecorum ſententiam adnotemus.

¶ SEPTIMVM CAPVT DE MOdo euacuandi per ſanguinis miſsionem in pleuritide, ac omnibus aliis morbis, qui ex humorum fluxu fiunt, ex Hipp. Galeni, & aliorum græcorum ſententia.

ESſe in omni pleuritide ſanguinem detrahendum ex uena, quę rectitudinem: connexionem, ac propinquitatem habeat cũ patiente latere Hipp. Bonorum omnium nobis autor primus ſcripſit. 4. de uictu acutorũ, textu. 73. quod iterum firmauit libro. 1. de morbis, quibus locis perpetuo eam eſſe ſecandã uenam ſcripſit, quæ loco dolenti eſſet proxima. Galenus in commt. hanc uenę ſectionem legitimam, ac regularẽ appellat: unde meritiſsime libro de uenę ſectione capite. 16. uenæ ſectioné

Hipp.

Pleuriticis ex eodem latere ſemper admonet his verbis quin etiam pleu riticis, quę e directo laborantis lateris facta eſt venę ſectio euidentiſsimam ſępe vtilitatem oſtendit, quę vero ex manu contraria, aut omnino obſcuram, aut multo poſt tempore, quod deniq; 2. de victu acutorum, contextu, 10, reſcripſit, cum vero tot ſint loci, quibus hoc placitum epiloget: auſim dicere nullam ab ipſo frequentius celebratam eſſe ſententiam hac. Præſertim cum ante Galeni ętatem non deeſſent grauiſsimi viri, qui Auicenne partes tuerentur, ac ſanguinem ex oppoſito doloris detrahendū ſcriptis mandarent: inter quos eſt Archigenes, quem medicum in artis operibus admodum verſatum galenus. 1. de diebus creticis, capite. 3. appellat, Iſte etenim ut Aetius autor eſt,

Galen.

Archigenis ſententia,

quaternione.2.ſermone.4.capite.68
ſanguinem in pleuritide ex oppoſito
latere detrahebat. ut igitur huius at
q3 aliorum ſententiam Hipp. precep
tis aduerſam exploderet, tam frequē
ter ſue opinionis meminit Galenus:
hos imitatus Aetius quaternione.1.
Aetius. ſermone.3.capi.12.ex galeno aſſeue
rat detractionem ſecundum rectum
ſemper faciendam: Oribaſius archia
Oribaſius. ter Iuliani imperatoris in compēdio
ſue medicine ad euſtadium ita ſcrip
ſit: ſplenem patienti de ſiniſtra manu
ſecus digitum minorem inſcindenda
eſt vena aut de ſiniſtro brachio, q̄ eſt
proxima cubito: pleuriticis autem ex
ipſa parte que dolet ſanguis eſt aufe
rendus. Ad oculorū vero dolores iu
uat magnifice ſi ex ipſa parte que plus
Paulus. dolet de brachio capitalis inſcindatur
Celſus. vena, idem inſinuauit Paulus capi
te de pleuritide: idē Celſus libro.2.

capi.10. aperte indicat, & Alexander tralianus proprio de hoc capite, inde ꝙ omnes iſti Hipp. ac galeni ſenten tiam inſequuti neq; hoc tantum in ple uritide verum eſt, cum in omnibus a liarum partiũ inflammationibus rec titudinem attendat galenus. Quod inuentu facilimũ exiſtimo his, qui in flammationum curationes legerit a pud galenum.13. methodi, in iecoris inflammatione axiliarē dextram inſ cindit, libro de venæſectione, capite 14. in lienis inflammatione axilarem ſiniſtram: capite.15. eiuſdem libri in ophtalmicis humeralem eiuſdem la teris quid multa? In fine huius capi tis epilogat dicens, porro tam præſpi cuum ſepe. Celereq; remediũ, quæ e directo affectis partibus venęſecā tur afferunt, ut & q̇ patiũtur: & familia res ipſorũ ſæpe numero obſtupeſcant, r 2 hec

Alexan der tra- lianus. (margin)

Galen. (margin)

hęc eſt græcorum ſententia tam facilis, ac vera, ut temerarium ſit hîs relictis Auicennã amplexari: pręſertim cum nullum ſit corpus adhuc athaleticum, quod tot venæ ſectiones citra virium maximam iacturam ferre poſsit, quibus Arabs vtitur, vnde recte quidam de ipſo dixit: Auicennã potius homines iugulare, q̃ curare. Sed rem hanc rationibus doceamus non captionibus, aut alijs huiuſmodi dialecticorum argutijs, quibus q̃ plurimi ex his, qui ſophi appellantur vtuntur, ut ſuarum opinionum nebulas diſcutiant, ſed pinqui, (quod aiunt) minerua Rem digito propemodum oſtendam, age, nonne Medicus naturam imitari debet, cum ipſius miniſter ſit, ac eã omnibus viribus debet inſectari. Quod Galenus inſinuat libro de optima ſecta ad traſibulũ capite

Medicus naturę imitator.

pite.5.circa finem, & libro.1. de diebus creticis, capite.6. vbi medicum, qui reuera medicus eſt, naturæ miniſtrum vocat, non pharmacepolam quendã exteriuio. Luo. Ita eſt. Fran Nonne natura in ſuis motibus continuo rectum tramitem ſeruat, ut Hip. ac galenus multis in locis ſcribunt. Luo. ita. Fran. Si igitur natura perpetuo recto procedit, ergo & medicus vbicunq; euacuare intendat ſemper rectitudinem debet ſeruare, monſtrauimus ſufficientiſsime. Quid enim illud eſt, quod Hipp. ſcribit.1. porrhe ticorum, parte.3. textu.33. his verbis, ſanguinis ad latus diuerſum eruptiones malę ut ſi cũ lien magnus fuerit dextra ex nare fluat, & hoc galeni.3. d̃ criſibus ſanguinis e naribus profluuia iecore laborante, ex dextra, liene vero ex ſiniſtra, optimam faciunt iudicatio

tionem, q̄z qd̄ natura in ſuis euacuatio nibus recta procedat via, videtur ita q̄z, qd̄ medicus eadez recta via inſur gere debet, cum euacuationem moli tur, præterea medicus cuz euacuare intendit, his duobus præcipue atten tus eſſe oportet, ut morbum leuet, ac vires minime deiiciat. Vires etenim galeni decreto. 8. methodi, ſemp ſuitu telam expoſcunt, ſed euacuatio, quę et contrario fit latere pręter hoc, qd̄ morbum minime leuat, vires deiicit. Ergo ea, nunq̄ a medico eſt obeūda ſic galenus libro de venę ſectione, ca pite. 14 dixit, de cōtrariis lateris vena lo quutus. Quibus vero cōtra euenit nihil iuuat, aut etiam interdum nocet qd̄ vires ſcilicet citra morbi leuamen deiiciat atq̄z exoluat: morbū vero ex hac vena nō leuari ex eo eſt, qd̄ humor in parte affecta conſiſtens, q̄ morbum faci

facit, ac fouet per huius venę inſciſionez non educitur, cuz maxime diſſet vires, deniqz exoluuntur cuz ſanguis benignus: nec vicioſus longe a leco dolenti expoſitus qui naturę in morbis pabulum eſſe ſolet, educatur, ac vires ſuo actu deſtitutę deficiant, mitto qd in his inflammationibus ea eſt ſecanda vena, quę ſimul reuellat, et euacuet, ut ſupra indicaui: vena vero contrarij lateris, et ſi reuellere cõcedamus, cum nullatenus euacuet, ⁊ diriuet humorem parti adhærentē eatenus non eſt inſcindenda, ſed potius eodem latere ſita, quę humorem influentem ad contraria ducit, ac influxũ pariter euacuat, cuius rei ꝓbationē ſatis a manardo elucidatã nõ aſſignare decreuimus: ne alteri⁹ laborē chartis mãdaremus: his rationib⁹ videor abũde grecoꝝ ſententiã ꝓbaſſe

ſed licet recentiorū errata circa hāc
rem prænotare.

¶ CAPVT OCTAVVM DE ER-
roribus iuniorum medicorum circa vena
ſectionem in pleuritide.

Fuchſius malis natus aui-
bus, q̃ ut hereſes abſurdas
aduerſus religionis chriſti
anę veritatem ſuo opere in
texuit: ita ineptas opiniones ī medicis
rebꝰ adduxit hic venę ſine cōiuge poſi
tu innixus venę ſectionē perpetuo ex
axilari dextra inneundam ex Galeno
in pleuritide affirmauit, ſiue dolor in
latere dextro, ſeu ſiniſtro ſit nulla a-
lia ratione, ut opinor motusq̃ ꝙ vena
impar ut ex anatomia cōſtat ad partē
dextram contorqueatur, ac eodem lo
co conſiſtat, & ut galeni rectum trami
tem ſeruaret, naturalem quandam vi
delicet ſtaminum, ac villorum longitu
dinalium rectitudinem effinxit, cuius

gratia vena axilaris dextri cubiti cũ latere ſiniſtro rectitudinem habet, quoniam a parte dextra venę illius lateris oriuntur, ſic ꝙ tã in dolore dextri, q̃ ſiniſtri lateris internã brachij dextri inſcindendam dictauit. Verũ hęc opinio ab Hipp. galeni ꝙ placitis magno opere recedit, quod Hip. aperte inſinuat textu ſupra citato. 4. de victu acutorum, vbi ſic ſcripſit, ſi dolor ſurſum penetrauit, vel claviculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam ſecare oportet qua dolor afficit parte, et libro d̃ n or bis ſuperius adducto, quo loco ex parte, quę proxima dolori ſit ſanguinem detraxit. Cum vero interna dextri cubiti lateri ſiniſtro non ſit proxima videtur, q̃d hęc ex Hipp. non ſi ſecanda, vbi latus ſiniſtrũ dolore opprimitur ſed potius ſiniſtra, neq̃ aliud Hipp. His verbis indicat, & libro. 1. de mor

Taxatur fuchſius

bis, de pleuritide, & peripneumonia, q
ſine ſputo ſunt tranctans ſecandam
ait venam in manu jecorariam, vel li
enicam in ea parte, quecunque ſit in qua
morbus fiat, que verba queſo aperti
us tradi poſſunt, quibus hanc tetricā
Taxatur fuchſius — fuchſij ſententiam eliminemus, q̄ hec
in quibus ſemper lateri dolenti propi
mam venam inſcindendam ſcribit hec
q̄ talem euacuationem Galenus di
recto lateris patientis appellat: pre
terea quocunque galenus de rectitudi
ne loquitur, de ea ſermonem habet, ut
ſupra diximus, que eſt dextrorum cū
dextris, & ſiniſtrorum cum ſiniſtris:
ut latiſsime ex eius verbis elicitur,
ergo in pleuritide lateris ſiniſtri non
poteſt dextra axilaris inſcindi: vnde
Error Amati luſitani — hec fuchſij ſententia ut abſona explo
denda eſt, nec minus errat amatus lu
ſitanus quidam in ſuis centurijs, qui
ut

ut ſuchſij rationē hãc effugeret ex ve
nę imparis ſitu ꝺpromptaꝫ abſurda
quædam inſolenter notauit dicens,
inſciſſa cubiti uena nullatenus per oſ
culum uenę imparis exire ſanguineꝫ
in lateribus contentum: ſed ita a natu
ra contextam uenam imparem, ut ſan
guinem poſsit recipere pro coſtarum
alitu, & non poſsit depellere, eſſeq;
in oſculo imparis uenę membranulas
quæ ad interiora aperiantur, ut libe
re recipere poſsit, et ad exteriora
claudantur, ut ſanguinem receptum
non poſsit propellere: inde aſſerit per
uenam imparem aperta brachij uena
ſanguinem e lateribus non euacuari,
ſed ꝑ alias minutulas uenas, quas ex
utroq; latere ortas natura cõſtruxit,
ut deponendo e lateribus ſanguini
eſſent uſui: q̃ cuꝫ ex utroq; latere oriã
tur, inde dextrã cubiti uenã ſecandaꝫ

ubi

vbi dextrum afficiatur latus ſiniſtra; ubi ſiniſtrum nulla habita venæ imparis ratione, quę ſententia & ſi prima fronte probabilis videatur oculatius inſpecta nequaquam vera eſt, nam ſi hę eſſent ī vena impari membranulę, nõ laterent Galenum, qui tam accurate corporis ſectionem perquiſiuit: ipſe vero nullibi vbi de vena impari meminit harum membranarum mentionẽ fecit cum vero de his in corporis delineatione ſcripſerit non dubium de iſtis ſcripturum, ſi eſſent in vena impari, cum Galenus de his non meminerit, non licet amato credere, niſi ſit aliquis ita addictus amato, & frequenter ſolitus iurare in verba magiſtri, qui potius ipſi quam galeno fidat, quod ineptiſsimum eſſet. Sed poterit obſiſtere Amatus ſic. Non propterea fictas eſſe has membranulas, quod galenus

nus de his non ſcripſerit: cum ipſe in
his, quę ad corporis ſectionem atti-
nent defuerit: ac poſteris q̃ plurima
indaganda reliquerit, quę uerum ipſe ni
hil indagauit: ut qui in ſimijs, ſuibus,
alijsq; brutis ſolitus ſit ſectiones fac
titare, uerum licet hoc illi conceda
mus, quid reſpondebit veſalio viro in
anatomicis indagandis ſectionibus
omnium conſenſu peritiſsimo, ac exer
citatiſsimo: alijsq; pręexcellentibus
viris, qui de hoc ſcripſere, in quibus
nulla extat de his membranulis men
tio: niſi forſam dicat, ſuę potius experi
entię q̃ horum conſentiendum: quod
ē toto cęlo aperte errare: nec minus
carpendus eſt, qd venulas quaſdam
a uena caua prope clauiculam aſcen
dente ex vtroq; latere ortas conſtru
xit, quas cum galenum, multoſq; a-
natomicos latuerint fictas credimus
cum

cum nunq̃ꝫ hos laterent, ſi earũ eſſet in pectore conſtructio, ac diuiſio, ut quũta perſpicaci, ne dicam acutiori uiſu polea it: eſſet enim harum uenularũ n proceſſus, ut qui ex medio corpore oriatur mediocri craſsitie, qui mediocriter imbuti hominis uiſum non effugeret hanc repudiata opinione a lluchſu rationem ſoluendam nil aliud, q̃ꝫ id, quod ſuperius diximus afferre licebit: ſeruandaꝫ eſſe uidelicet naturæ rectitudinem q̃ſtunlibet rationes ualeant, ac efficaces ſint: quam nos ipſe Hipp. emulari iubet. Luo. Sed age iam quorundam futiles rationes ſoluamus, ut huic rei imponamus finem: quibus græcorum placita turbare nituntur. Rationes aduerſariorũꝫ quibus græcorum placita ſiter turbant & earũꝫ ſolutio Fran. ſunt qui credant reuulſionem ſecundum

rectũ non eſſe ineundam hac ratio
ne, omnis reuulſio perpetuo fieri debet
ad contraria, ut et ſupra ex Galeno
indicauimus, ſed rectum, et contrari
um, contraria ſunt: et duo contraria
non poſſunt eidem rei de per ſe conue
nire, ergo reuulſio non poteſt: et ſe-
cundum contrarium et ſecundum
rectum fieri, ſed perpetuo fit ex
contrario, ergo non debet fieri ex
recto. Lud. Argumentum uidetur
primo occurſu ſatis difficile. Fran.
Si indicauero quomodo rectũ et con
trarium poſsint in eadem reuulſione
conuenire, facile argumenti ſolutio-
nem aſſequeris. Lud. Ita. Fran. Sic
accipe reuulſio ſemper ſecundũ rec
tum, ac ex eadem parte agenda eſt,
ut ex ſuperioribus notuit: nihilominus
per talem euacuationem recto factam

Argumentũ

Argumẽti ſolutio.

hu

humor ad cõtrarium ducitur videli
cet, a ſuperioribus ad inferiora: ⁊ cõ
tra a dexteris ad ſiniſtras, ⁊ econtra ⁊
ſic de alijs reuulſionum modis, quod
exemplis clarius reddam. Afficiatur
quis pleuritide dextro latere, ⁊ erga
veram ⁊ priſcã medendi legem dex
tra axilaris aperiatur, non dubium ẽ
ꝙ ex huius venę ſciſsione ſanguis ab
interioribus a dexteriora ducatur, ac
a ſiniſtris ad dextras, cum latus dex
trum ad brachium dextrum collatum
ad ſiniſtrũ vergat, ac ab inferioribus
ad ſuperiora: cum latus brachij reſ
pectu ad inferius declinet, quod in ie
coris inflammationibus aparet, vbi
dextri brachij vena aperiatur. Nam
iecur ad inferius, brachium vero ad
ſuperius vergit, iecur in interioribus
conſiſtit, brachiũ in exterioribus, rec
tiſsime itaqꝫ per rectę venę ſciſsionẽ
hu

Quomodo reuulſio & ſecũdum rectum, & ſecundum cõtrarium ſimul fiat.

humor ad contraria reuellitur, & ſic videtur eandem venam ſimul rectā & contrariam eſſe, nec hoc repugnat ariſtotelicis præceptis: nam ipſe non negauit duo contraria poſſe ſecundū diuerſos reſpectus ſimul inexiſtere, quod tamen eſſet impoſsibile ſecundum unicum, & eundem reſpectum. Probauimus itaq; reuulſionem, & ſecundum rectum, & ſecundum contrarium perpetuo in græcorum via fieri. Luo. Gaudeo q̄ tan lucide rationē adeo mihi obſcuram ſoluiſti, ut poſt hac nil a me ambigi poſſit. Fran. Superest ut herculeum nodum diſſoluamus, quem ita pleriq; ob eius difficultatem appellant, quiquidem nodus, ac inſolubile argumentum ex venæ aſcendentis ab hepate diſſectione & anatomia oritur, cum enim per anatomiam conſtet nouem coſtas inferio

Deſcriptio venę imparis nutrientis nouē coſtas īferiores

res hinc inde ali a ramo quodam naſ-
centi ex vena caua anteq̄ȝ cordis in
volucrum attingat ex galeni ſenſu, li-
cet apud alios corporum diſſectores
hunc ramū oriri, poſtq̄ȝ vena caua cor
dis inuolucrū ſciderit, ac poſtq̄ȝ cor ſu-
perauerit dicunt, quod alijs diſcutien-
dum relinquo. Neqȝ enim in hoc vis
huius argumenti conſiſtit: qui ramus
verſus partem dextram contorque-
tur, ac venulas hinc inde, per nouem
coſtas inferiores tam dextras, q̄ȝ ſini-
ſtras emittit, qui cum non habeat ali-
um ramum a ſiniſtra parte vergentes
ſed ipſe expers comitis omnes coſtas
infernas tam dextri, q̄ȝ ſiniſtri lateris
nutriat: inde vena ſine coniuge a gale-
no, ⁊ anatomicis appellatur, cuius
venę deſcriptionem Galenus tex-
git libro. 2. de victu acutorum, con
textu, 10, ⁊, 16, de uſu partium, capite
ul

ultimo prope finem: ad que ſeca lec torem mitto. Cum itaqꝫ hoc ex lec tione conſtet relinquitur ut notum, atqꝫ inſolubile ꝙ in pleuritide occu pante nouem coſtas inferiores, ſiue in latere ſiniſtro ſeu dextro, oriatur. poſſe tutiſsime quancunqꝫ axilarem ſiue dextri, ſeu ſiniſtri brachij ſecari ſine diſcrimine: cum quælibet harum æque cito euacuet ſanguinem ab v no latere, ꝙ ab alio, & ſic videtur friuolã eſſe Galeni authoritatẽ, qua nititur oſtendere debere nos ſeruare lateris rectitudinem in omni pleuriti de. Quod ſic probamus, uenæ axila res ut ex ſectione liquet a caua uena prope furculam, ſeu clauiculam aſ cendente ex utroqꝫ latere propa gantur, ac æqua diſtantia, latitu dineqꝫ ad brachium prorreptant, Si ergo hæ uenę ęque diſtant, a-

trunco vene caue æque cito euacua bunt a trunco, cũ eque diſtent a trunco, cum vero a trunco, ad venam imparem equalis fiat euacuatio, videtur, q̃ quelibet harum eque cito euacuabit a vena impari: nam ſi diſtant æ q̃liter a radice, quelibet eadẽ tem poris diſtãtia detrahet ſanguinẽ a radice, ſed educto ſanguine a radice vene ſtatim, ac eodem tẽpore euacuabitur ſanguis a vena impari, & ex conſequẽti a lateribus. Videtur itaq; probatum ſufficienter in cuius libet lateris dolore poſſe cuiusq; brachij tunſionem axilarem ſecari: ſecus vero eſt in pleuritide occupante tres coſtas ſuperiores, que quidem cum nutriantur a ramo bifido ab vtraq; parte vene caue orto, quando iam attingit furculam, in his ratio rectitudinis ab eadẽ parte ſeruari debet, quod ſcrip ſit

ſit galenus, 2. de victu acutorum, cō
textu. 10. ſecus vero in tumore coſta-
rum inferiorum ratione ſuperius dic
ta, quod ex hac figura ſtudioſis
notius euadet.

¶ FIGVRA RAMIFICATIO-
nis venę imparis ex galeno. 2. de victu acutorum &. 10. de vſu partium.



Quam figuram literis alphabeticis luſtrauimus ut facilior eſſet eius intellectus. A. deſignat venę axilaris ꝑ brachium ſiniſtrum procurrentis Ramificationem. B. eiuſdem venæ per brachiū dextrum decurrentis proceſſum. C deſignat truncum venę cauę aſcēdentis in furcula. D. deſignat caput ⁊ exortum venæ imparis naſcentis a dextra parte ante cordis inuolucrum, ut galenus, vel poſt ipſum, ut anatomici aſſerunt, reliquę literę proceſſum, ⁊ Ramificationem venarum naſcentium a vena impari, ⁊ nutrientium nouem coſtas inferiores ex vtroque latere, deſignāt hac ſuppoſita figura facile eſt nr̄i argumētirationē

roborare: nã ſi. A. ⁊. B. ęquo tempo
ris interuallo. a. C. ſanguinẽ detra
hant cum ęqua longitudine, ⁊ latitu
tudine diſtent, ac ergo ęquo tempore
detrahent ſanguinẽ a. D. ⁊ ex conſe-
quẽti æque cito a lateribus cũ. a. C
ad. D. ęqualis fiat euacuatio, ⁊ ſicut
detur apertiſsime probatum quan-
cunqȝ axilarẽ poſſe æque cito ſangui
nem a lateribus detrahere, hęc ratio
Veſalij ſententia. coegit Veſalium, ut aſſereret inqua-
cunqȝ lateris inferioris pleuritide ſi
ne delectu poſſe quancunqȝ axilarẽ
inſcindi, ſiue quę in eodem, ſeu, quę in
oppoſito, doloris loco conſiſteret, cũ
ambo æque ſanguinem a lateribus
detrahant: ſed interim dum hanc ra-
tionem ſatis mihi difficilem alijs ſol
uendã omittimus, lectorem admone
mus huius rationis intentum galeno
aduerſari, qui euiſdem partis veram
pę

prætulit oppoſite. Ac eam ciuius contrarij loci vena, & reuellere, & euacuare dixit. Quod inſinuauit libro de venæſectione capite. 14. & 16. vbi dixit rectam venam cruſsimam, oppoſitā vero obſcuram, aut multo poſt tempore euacuationem efficere, per que verba videtur galenū effugiſſe huius rationis efficatiam, cum aſſeueret cō trarij lateris venas obſcuram: & poſt temporis interualla facere euacuationem, quod nequaq̄ verum eſt, ſi quis hunc venarum proceſſum ex ſua diſſectione recte conſideret, iudicamus galenum in his locis locutum de pleuritide in coſtis tribus ſuperioribus conſtituta. Lud. Nunc video, quid ter ſit rem ſummis labijs (ut in prouerbio eſt) degustare, vel eandē intus, & incute cognoſcere, nam dum viri ſententiam leuiter mecum rotabam

bam, omnia veriſsima, ac rei medicę conſona occurrebant. Sed iam vbi a te meditulius conſiderata, ac tam d bite elaborata ſunt, poſt hac ficta, ac galeno impoſita viri verba cognoſcā ſed perge obſecro medicorum hodiernos abuſus eodem paſſu notare.

¶ CAPVT NONVM DE HODIERNIS ab uſibus medicorum, & primo ꝙ in pleuritide ſolutiuis pharmacis ſit vtendum aduerſus Auicennam.

FRanciſcus ut amico, quaſi is pręceteris eſt primus, in omnibus morem geram, nō poſſum non tibi placere, ac meum eorum, quę rogas ſenſum expo nere: ſed anteꝗ̃ ad alia veniamus, vellem abs te ſcire, vnde certandi oc caſio inter te, & baſilium ſummę opini onis medicum orta fuit, cum externo

oie

dic viderim vos mutuo certantes, acutre non minima ſummę diſſiden- tes: ut igitur inter vos pacem com ponam controuerſię rationem propone Lud. Acceſiti fuimus in domum cuiuſdam pleuritide affecti, cui mor- boſiſimi occurrentes debitam vic- tus rationem, ac alia, quæ ex uſu erat ęgrotanti preſcripſimus, cumq; tem pus expurgandi inſtaret, ille ſolius caſię exhibitione medicandum ſua- debat: ego ſecus cum caſia aliquid ex ſoluentibus pharmacis permiſce- ri debere contendebam: qua in re non conuenientibus certandi occaſio nobis data eſt, Fran. Scio apud ſe- niores medicos antiquiſsimam, ac la tis diuturnam irrepſiſſe praxim ex bi- bendi in pleuritide ſolū caſiæ liquoré Cuius erroris anſam ipſis Auicenna pbuit, qui fen. 10, tractatu. 5. libri. 3. capi

Error Auicēnę.

capite.2. decura pleureſis in humemo dum ſcribit. Et ſi eſt humor aliuseua cua, non cum eis, que ſunt ſicut mirobalanu, neqȝ in quo eſt ſtipticitas, imo cum eis, in quibus cum ſolutione lenificatio: ſicut res facte cum violis. & ſiracoſt, & therenia bin, & ſucharo albaicen, quod ſimiliter confirmat capite.3. ſic dicens, & ſi leniferis materiam cum eis, que ſunt ſicut caſia fiſtula cum ſucharo, & therenia bin, & ſiracoſt, erit rectum: quibus in locis videtur ſolis, uti lenientibus, & non ſoluentibus medicamentis. Luo. Cum hec ſit ſeniorum medicorum ſentētia, quorum placita ita amplectenda ſunt: ac veneranda: ac ſi Eſculapium authores haberent, minime ab his recedendum putauerim, ſed eorum opinioni ſine alia indagatione inſiſterem. Fran. Tu is annuerem votis ni me volentem in

con

contrariam traheret ſententiam græcorum medicorum authoritas. Nam ut ab ipſomet Hipp. quem uniuerſa ars medica merito ueneratur: ac parentem predicat initium ſumamus, ipſe. 2. de ratione uictus in acutis textu. 11. ſic ait. Si vero eas, que ſub ſepto tranſuerſo ſunt partes dolor infeſtat, nullumque ad clauiculam ſignum fecerit, uentrem, vel nigro ueratro, vel peplio molire oportet ſed ueratro nigro, vel daucum, vel ſeſeli, vel cuminum: vel aniſum, vel aliud quidppiam boni odoris miſcebis peplio vero ſilphij ſuccum. Quo loco ipſe Hipp. in pleuritide eleborum, ac peplium validiſsima quidem: ac potentiſsima medicamina non reformidat imo eolibentius concedit, quod vitioſum ſuccum in venis redundantem liberius educere poſſunt, quod & galenus eſ ipſe

Hipp. ſententia.

ſe eodem libro, & comm. indicat, Hipp. ſententiam confirmans vbi ſcribit: cum igitur febris non vehemẽs fuerit, naturamq; ęgrotantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes his, quę ab Hip. ſcripta ſunt, vel etiam aliis ſimilis naturę vſus, quibus verbis in pleuritico his medicamentis ab Hipp. aſsignatis, uel aliis ſimilis naturę vtendum admonet, quod paulo inferius inſinuat, vbi pleuriticis hieram ex cholocynthide, ſeu Archigenis concedit, quam hieram & Aetius capite de pleuritide Galenum ſequutus in lateris dolore commendat, cum igitur hi tam valida medicamenta in pleuritide admittant, non eſt, q̃d Auicennam noſtrates medici ita inſequantur, ut pleuriticis tantum caſię ſolutum concedant, cum & confectio-

Galeñ.

Aetius.

nibus purgantibus, quibus in edu- cendis humoribus tuto vtitur meſu es, uti poſsimus, quales ſunt, electu ariū roſatum, de ſucco roſarum, de p ſilio diaprunis lax, diaphenicum, & alia huiuſmodi: de his enim meſue a ſſerit citra leſionem purgare, licet ali quorum ratio nos turbet dicentium hac re græcos vſos fuiſſe his validis medicamentis, quoniam mitioribus carerent, Nos vero cum mitiora me dicamina ad manus habeamus mini me valentibus uti debere, quorum fuco ſic reſpondemus dicentes Hip. ac galenum mitiſsimis uſos fuiſſe me dicamentis ad aluum ſoluendam, qđ Hipp. Inſinuat libro.4. de uictu acu torum, textu.7. ubi ſic ait. Verum ſi adhuc non ſoluatur lacte aſinę cocto purgabis, qđ & eodē libro textu.115. cōfirmat dicēs, ſi uero febris nō fuerit

Quibus medicamentis, purgantibus in pleuritide vtendum.

Ratio quorundam futilis.

Rationis ſolutio.

ue

verentq; tormina. Primum quidem lactis aſininum pauxillum, deinde ſenſim paulatim q̄ plus bibatur, in commentis dicit galenus lacte aſinino, ac ſero purgationis gratia vſum fuiſſe Hipp. Quod & galenus denotat libro.10. de ſimplicium viribus, capite. 8. de lactis ſero: vbi eo vſos fuiſſe antiquos ſubducendi ventris cauſa ſcribit. Deniq;, & ipſe galenus. 13. methodi: mercuriali, carthamo, filicula, & aliis leuioribus ad expurgandum vtitur: & libro. 2. de alimentorum facultatibus capite. 31. melicrato, in quo pruna ſunt infuſa, aut cocta, ut præſentaneo remedio ad aluum deiiciendā utitur. Si ita q; omnibus his leniſſime ſoluentibus uſa eſt antiquitas, uidetur noſtrum intentum firmari ualidius: deſinant ideo noſtre etatis medici ſolam caſiam pleuriticis exhibere, cum

cum ſæpiſsime liceat validiora concedere, vbi pleuritis vitioſo ſucco redundat, quem caſia euocare nequit, cum meſues decreto capite de caſia, ex tarde, & debiliter ſit operantibus.

¶CAPVT DECIMVM IN QVO- digladiatur vtrum in ipſa purgatione ſomnus ſit capeſſendus.

SEd iam liceret ad alia ſermonem conuertere, niſi alij ſeniorum errores occurrerent eliminandi. Lud. Amice facies, ſi eos in medium attuleris. Fran. Nullus eſt ſeniorum, qui ſumpta potione ſolutiuua ęgrotanti ſomnum non interdicat, ac vigilandum commendet, & in media purgatione ius ſalis expers, quod ipſi non ſali-

tum appellant concedat. Ortam puto hanc conſuetudinem ex Hipp. verbis male ĩtellectis, qui .4. aphoriſ. ſectione, apho. 14. ſic ait. Cũ biberit quis ęleborum, ad motiones quidem corporis ducere magis, ad ſomnos, vero atq; quietem minus, quo loco dicunt ipſi Hipp. ſumpto ælleboro, ac deniq; purganti medicamento ſomnum interdicere, quod clarius Hipp. reſcribere aſſerunt, eadem ſectione, apho. 15. ſic cum volueris magis ducere ęleborum moue corpus: cum vero ſiſtere, ſomnum facito, & non moueto, vnde dicũt Hipp. ſomnum cõcedere ſumpto ælleboro, vbi ſiſtere cõſiliũ eſt: ſecus vero vigilare: vbi euacuare intendit, quod & ratione ſic cõprobant: ſomnus impedimento eſt euacuationibus illis poriſſimum, quę fiunt animali virtute ſubſeruiente naturali, tum quoniam ſolus

operationes animales motum ſ. q̃p, & ſenſum, tum quia ſublato ſenſu tollit irritationes inſtrumētorum naturaliū quod Galenus ſcripſit cōmt. 15, quartæ ſectionis apho. ſic. Si igitur motus ciebant ſiſtent quietes, & multo magis ſomnus, in quo motus animales oriantur, qui et per ſenſum fiunt, et per muſculos: ſic Galenus ſed in purgatione indigemus potius euacuatione, q̃z humorum retentione, ergo in purgatione ſomnum licet interdicere his rationibus, ac authoritatibus. Pleriqz ſeniorum ſuam ſententiam tuentur, verum q̃z a recto tramite diſcedant, q̃z q̃p multo cautius q̃p ipſi Auicenna faciendum conſulat videamus, ipſe eniz fen. 4. 1. capite quinto in ſermone purgationis ventris totam huius dubij veritatez demōſtrat vbi ita ſcribit. Cū q̃p aliquis medicinā Auicenna.

 ven

ventris ſolutiuam biberit, melius erit ei, ſi medicina fuerit fortis, ut ſuper eam dormiat, anteq̃z operetur, quoniam operabitur melius, ⁊ ſi debilis fuerit melius erit ei, ne ſuper eaʒ dormiat. Quoniam natura digeret medicinam. cum autem medicina operari ceperit melius erit ei, ne ſuper eam dormiat, quocunqʒ modo fuerit: quibus verbis aperte inſinuat modum quem ſeruare debemus. Inquit eniʒ vbi medicamentum forte fuerit, quale eſt illud omne, quod ex catharticis ac violenter purgantibus conflatur in initio ante purgationem dormiendum, ut medicamentum quod in potentia eſt, ad actum a calore noſtri corporis reducatur: queꝗuidem actuatio fit in ſtomacho medicamento a calore comminuto, ac ad minima diuiſo quam actuationem melius recipit

me

medicina ſomnu præcedenti. Cum per ſomnum calor, & ſpiritus ad inte riora vergant: vbi vero medicina de bilis fuerit cum leuiſsime actuetur, non indiget ſomno, quia per ſomnum a calore in noſtram commutaretur ſubſtantiam, qualia ſunt caſia, thama rindi, rhabarbarum, ſirupus ex roſa rum infuſione, violarum infuſum, lac tis ſerum, manna, & alia huiuſmodi, dum vero iam inceperit purgatio nul latenus dormiendum conſulit, ne per ſomnum euacuationem cohibeamus: Rectiſsime itaq; Auicenna medi cos reprehendit, qui in omni purga tione ſomnum ſine delectu interdicũt & ita intelligendus eſt. Hipp. ſermo ſuperius adductus ꝙ Hipp. mouere corpus, ac vigilare iubet tempore ex purgationis facta iam actuatione, non quo tempore fit actuatio, cum eo

Sumpto medicamento leui & debili mini me dormiendũ

tempoꝛe conducat. Lud. Remanet itaqȝ ex tuo ſermone dċiſuȝ, ꝙ vbi medicamenta valida, qualia ſunt ea, quę ex ſcamonio, cholochyntide, æleboꝛo, turbith, ⁊ alijs hoc genus conficiuntur. ſumimus: tum ſomnum in initio ægrotanti concedemus: vbi vero medicamenta debilia ſumimus, nequaq̃ȝ ſomno vti debemus, ne in pꝛopꝛiaȝ mutentur ſubſtantiam. Fran. Ita eſt ſed ad alios erroꝛes euertendos calamũ vertamus.

## ¶ CAPVT VNDECIMVM IN- quo agitur de tempoꝛe exhibendi potionẽ poſt catharticum ſumptum, & de potione vulgari ſalis experte an ꝓpinãda ſit, vel ſecus

SOlent ſimiliter ſenioꝛes qui medicinam noſtris tempoꝛibus factitant, his qui expurgãtur ꝓcedẽte humoꝛũ euacuatione

ius gallinę inſulſum exhibere, in qua
praxi duo ſunt errata. Primum qđ
ſtante purgatione potionem exhibe
ant: ſed ſiquis legat Hipp. intelliget
nihil magis ab horrere ab Hipp. pręceptis hac vulgari praxi. Ipſe enim
ſecundo de ratione victus textu. 12.
ait. Ubi autem quis medicamentum
ebibit, protinus ptiſanam ſorbendā
dato, neq; inſigniter minori, q̄ȝ con
ſuetum eſt quantitate. Quo textu
Hipp. Stati n aſumpta purgatione,
ſorbendum ad monet, minime vero
procedente: quod eodem libro textu
13 reſcribit ſic. Et quoniam abre nō ē
purgatione, in media. Sorbitionē da
ri non conducit, idem indicat quar
to de ratione victus, textu. 76. ſic.
Si dolor ſub thorace fuerit, valde q;
infeſtauerit pleuritico ventrē medica

Hipp.

Sorbitio vel ī principio vel fine purgationis propinā da, & nō in ipſa purgatione.

mētoſubpurgabis, nihilq̃z ſ oū purgabi tur dabis. Quibus locis Hipp. mini me potionem ad mittit ſtante purga tione, ſed aut in principio, aut fine, cu ius ſententię rationem exhibet Ga lenus in commento. 13. 2. de ratione victus ſic: ptiſanę igitur cremor ſup ingeſtus commoditatem affert, nem pe & detergere, & deorſum trahere, quod vię ad heret, & qualitatem me dicamenti, quod his ad heret parti bus, tum temperare, tum per mutare poteſt, ob eas igitur cauſas a purgan tis medicamenti potu ptiſanaz ſuper ſorberi precipit, ſed vbi purgatio ce

Galen. pit ab ea vult abſtinenduz, purgātis medicamenti operationes exoluire ritus: ex quibus diſcent medici ſenio res quo tempore potionem exhibere debent ęgrotanti, videlicet, aut ſta tim ſumpto medicamēto anteq̃z inci pi

piat purgatio, aut in fine peracta pur gatione. ne alias motum humoris reſ tringamus: ſed iam licet videre, vtrũ Iusillud, quod a medicis conceditur merito ſine ſale condiri debeat, quod hi religioſiſsime obſeruant, a qua pra ri cum nullum habeat probum autho rem, ac ratio omnimodo aduerſetur doctis viris abſtinere conſulerem. Nam ſi Galeni teſtimonio ut ſupra diximus hac ratione ſorbitio hęc ad hibetur, ut id medicamenti, quod ſto macho, guleq́ꝫ adheret deorſum pro pellatur, & ſal in conditura hoc non prohibeat, imo potius opituletur, cũ abſtergendi vim habeat, ac abſtergẽ do deorſum propellere medicamen tum citius per mittat, rectiſsime ſalẽ Iuri admiſcebimus, quod Hipp. Ga leno q́ꝫ conſentit, qui textu ſupra cita to ptiſanam ſtatim aſumpto medica

Quod ſorbitio poſt pur gationẽ cum ſale propina ri debe at.

mento

mento commendant nulla facta con ſideratione, an ſal a conditura ſe mo ueri debeat, vel non. Quod ſi tam ne ceſſarium eſſet ei, qui expurgatur, vt ſorbitio ſine ſale præpararetur, b[illegible]aſu a ptiſana, quę ſale præparari ſolet ſalē detraherent: cum vero ea ʒ ſale condi tam concedant non dubium eſt ſorbi tionem pullę ſale condiri debite poſſe quod vero ptiſana ſalem recipiat in confectione Galenus autor eſt libro 1. de alimentorum facultatibus capi te de hordeo, vbi ptiſanæ debitā præ parationem citans, ſic ait. Ptiſana autem humectat cum ſaltem, vt de cet fuerit parata hoc eſt cum in coctio ne q̃ pluri[illegible]mum i[illegible]tum[illegible]erit, poſtea ig ne le[illegible]to diutius in ſuccuʒ fuerit redac ta, acetū aūt ei, tuʒ admiſcebimus, cuʒ plane int[illegible]muerit: cuʒ vero exacte coc ta fuerit, ſub edendi tempus ſalem te

nuem

nuem iniſcere oportet, hęc Galenus, præterea qd in ſorbitionibus adhibendis hoc maxime Hipp. commendet, vt ęgrotanti ſapidiora: ac guſtui iucundiora propinemus, vt Hipp. aphoriſ. teſtatur, paruz deterior cibus: aut potus ſuauior autem meliori, ſed in ſuauiori eſt preferendus: cum vero inſulſa omnia prorſus abhorreat ventriculus: maximasq3 perturbationes moueant, nunq̄z his vti licebit. Hęc adduximus, vt ſciant Hipp. & Galenum in mea eſſe ſententia.

In ſulſa ōnia abhorret vētriculus.

## ¶ CAPVT DVODECIMVM quod omne expurgans medicamentum ſemper ſit diluculo propinandum.

QVo. Solent præterea noſtri temporis medici pilulas, quas catapotia appellant p

pe

petuo decima, aut vndecima noctis hora exhibere, hancq; exhibendi pilulas horam ita obſeruant, ut neq; vno pede ab ea reccedant: obſecro, ut de his mihi tuam cenſuram exponas. Fran. Abſurda ſatis, ac ſine ratione eſt medicorum conſuetudo, qua pilulas nocte commendant. Cum eas rectius recta ratione iudicem diluculo eſſe offerendas (inſtar ſolutiuæ potionis) nam ad hoc perſuadendum

paulus. Pauli teſtimonium me adducit, qui tempus purgationi aptum preſcribẽs libro. 7. capite. 6. ſic ait. Summatim in omni euacuatione efficaci medicamentum homini, quem certa prius victus ratione alueris ieiuno, & concoctione obita trades quibus verbis luce clarius indicat. Pilulas, ac deniq; omnem purgationem diluculo eſſe commendandam: cum ieiuno, et

con

concoctione obita eã tradat. Quod diluculo tantum euenit fecit autem generalem ſermonem de omni purgatione, ne aliqui anſam ſumerent exhibendi alio tempore purgans medicamentum. Quod vero his verbis eorũ ſententiã arguerit: qui nocte ad corpus expurgandũ inſurgunt exco diſces, quod dixerit per acta concoctione eſſe expurgandum: cum vero per noctem fiat concoctio, & non ſit per acta videtur ex Pauli mente tum non eſſe expurgandum: quod clarius inſinuauit eodẽ libro capite. 4. ſic. Aloes drama, cum aqua mulſa mane datur, qui veſperi eam exhibent, aut ſecundum cibum noxam inferunt, quippe qui alimentũ in membra digerit. Quo loco mane, & non veſpere, aloem ac deniq; omne ſolutiuum pharmacum commendat. Sed rationibus noſtrũ

pilulas & omne deniq; purgans medicamẽ diluculo eſſe offerẽda.

nr̃m intentũ roboremus validius, in ægrotãtibus non eſt permutãda naturalis conſuetudo, quod Hipp. pluries primo de acutorum victu: & in aphoriſ. ſcripſit. Nam ſi ſubite mutationes ſolent noxam non mediocrem ſanis inferre, quo magis egrotantibus moleſtiores erunt? In quibus virtus languida eſt, ſed nobis conſuetu eſt noctem ſomno aptare, et diem vigilię, ergo non licet purgationibus noctu facſis corpus a ſomno diuertere. Quod Hip. dixit. 2. prognos textu. 11. ſic, de ſomno quemadmodum ex natura, et in conſuetudine eſt, interdiu vigilandum noctu dormiendum eſt: ſi contra commutetur peior eſt. Cum itaq; Hipp. noctis horas ſomno adaptet, & diem vigilię: non eſt, qđ vigilias noctu purgationibus promoueamus ſic enim naturalem conſuetudinem permu

Conſuetudo naturalis in ægris nõ eſt permutãda.

Prima ratio.

mutaremus, cum noctu vigilantes, in
terdiu ſomno caperemur. Neqz enim
propter aliud commodiſſima expur
gatio matutino tempore eſt, q̄z q̄d eo
tempore ex naturę lege vigilantes ſe
curiſſime expurgationes, & alios mo
tus ferre poſſimus. Nec propter ali-
ud precipue nociua eſt purgatio: quæ
noctu fit q̄z: q̄d naturalem noctis ſom
num interturbet, & ſic purgationes mo
leſtiores euadant, quod & alia effica
ci ratione comprobo. Nam id tempus
aptiſſimum expurgationi eſt, quo na
turam humorum expulſioni magis Alia ratio.
pronam: ac intentam ſcimus: nec enim
ob aliud in morborum initiis non ex
purgamus, niſi quia hoc tempore
naturam euacuationi adminiculan-
tem non cernimus. Ideo vero
concoctis humoribus purgationes
adhibemus, quia tum naturam hu
mo

morum expulſioni intentam cogno cimus: cum poſt coctionez natura ad noxiorum expulſionem inſurgat, ſed noctis tempore natura occupata eſt in alimentorum, ac humorum coctione, quo tempore non mouetur ad expulſionem, ſed potius retinet, ergo id tempus purgationi ineptiſſimum eſt cum vero diluculo poſt peractaz noctis coctionem iam natura ad excrementorum propulſionem commoueatur, eo tempore licebit commodius purgare, quo natura ad noxiorum euacuationem inſurgit. Sic enim et purgationes meliores, ac ſine periculoſis accidentibus euenient, nocte vero moleſtiores, ac cum periculoſis ſimptomatibus natura non conſentiente expulſioni. Preterea per noctes natura detenta eſt crudorum coctioni: ſed quo tempore coctio fit in iungenda

da quies, & non motus eſt: quia per motum diuertitur natura a coctione, cũ Hipp. ſcripſit. 2. de uictu acutorum, vbi dixit in omni coctione iniungẽdaꝫ eſſe quietem: ac motum interdicenduꝫ ergo hoc tempore nequaq̃ꝫ conueniens eſt expurgare, cum ſic per purgationes coctiones impedirentur: ſed obiter intelligendum me de his morbis loqui, in quibus nihil eſt, quod vrget. Nam ſi aliquid vrgeat quacunqꝫ diei noctisve hora purgationem vtiliſſimam eſſe cenſeo meritiſsime itaqꝫ in morbo non vrgente ex pauli mente ſolum id tempus expurgando corpori aptum exiſtimo: ſeu pilulis, ſiu liquida purgatione vtamur quod diei proxime accedit hoc vero dilucu lum vocatur.

In morbo vrgẽte quacũq; hora purgãdum.

¶ CAPVT. 13. DE CIBANDI MODO IN PLEURITIDE.

HAcusqꝫ de venę ſectione, ac purgatione in pleuritide loquuti ſumus ſupereſt, vt de uictu recto his morbis adminiſtrando, nequid huic ſermoni deficiat diſſeramus. Sunt qui in pleuritide talem eſſe victus formam ſeruandam cenſeant, ut in principio copioſiori, ac craſsiori alimonia ęgrum alant: morbo vero ad ſtatum properante, ac appropinquante tenuiori, ac minori in ſtatu, ſummoqꝫ vigore conſtituto tenuiſſimo. Quam ſententiam Hipp. præceptis conſonam ſcribunt, qui prima aphoriſmorum ſectione, textu 10. ſic ait. Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit ijs ſtatim tenuis victus adhibendus eſt, quibus vero poſterius debet conſiſtere, ijs, et in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illu

cibus ſubtrahendus: prius vero vberius agendum, ut æger ſufficiat. Quo loco Hipp. ut Galenus in comment. ſcribit. Uniuerſalem ſententiam, ac omnibus morbis communem pronunciat, videlicet in ſtatu, & ante ſtatuꝫ tenui vtendum eſſe victu, in principio vero craſſo. Huius ſententię Hipp. aſſertorem habent, ſecundo, de victu acutorum, textu. 15. et textu. 40. et. 41. quibus locis in morborum initijs craſsiori alere conſulit, ne poſtea in ſtatu, in quo victu tenuiſſimo utendum ęgrum copioſe alamus, quod & ratione comprobant tali in ſtatu tenuiſsimo victu uti debemus, quod præter Hipp. Teſtimonium primo apho rimorum. 8. ratio indicat, cum in ſtatu coctiones fiant, naturaqꝫ eo tempore humorum coctioni fortiter vacet ne igitur eam

In ſtatu tenuiſsimo victu vtendum.

atanto coctionis munere diſtrahamus, oportet modice alere: alimenta enim naturam ad ipſorum preparationem euocando morbum minime coqui permittunt, aut ea: tum temporis non alterata, ac putredine perpeſſa morbi additionem faciunt. Si ergo hec in uniuerſum ſeruanda regula eſt, ut i statu tenuiſsime nutriamus oportet in princio copioſius alere, ut virtus ſufficiat ferre in ſtatu cibi tenuitatē. Nam ſi in morbi initio tenuiter aleremus, virtus ex tali victu debilis reddita: non poterit ſtatui neceſſariam tenuitatē ferre. His itaq; iacris fundamentis dicunt iſti in omni pleuritide in initio copioſius alendum, in ſtatu vero: ac prope ſtatum tenuius, ſed qui in Hipp. libris preſertī quos de uictus ratione in acutis ſcripſit, in quibus totam acutorum morborum

ufe

uictus formam per quiſiuit diu verſa
tus fuerit, inteliget ipſiuꝫ contrari
am huic uictus formam in pleuritide
ſtatuiſſe. Ipſe ſiquidem in pleuritide:
& perinepmonia ſtatim in initio, ac in
greſſu morbi quo tempore maxima
morbi uehementia: ac acumen exiſtit
tenuiſsimo ac pauciſsimo uictu uten
dum eſſe ſcribit textu. 22. 1. de ratione
uictus, ſic. Uerum dandę ſorbitionis
quantitas hoc obſeruabitur pacto: nē
pe ſi morbus ſiccior, q̃ꝫ ut quiſpiam e
xiſtimet fuerit: non multuꝫ dare opor
tet, ſed ante ſorbitionem: uel mulſam
uel uinum: utrum magis auxiliaturũ
putaueris propinare conuenit. Con
ſtat autem in his uerbis per morbum
ſicciorem: morbum in quo nihil excer
nitur, nec ſpuitur intellexiſſe: ut Ga
lenus explicat in comm̃t. talis uero
morbus in principio eſt quo tempore

In initiõ pleuriti di, aut perine- pmonię tenuiſsi mo nu- triendũ

partẽ alimenti cõcedit, videlicet mul ſam, q̃ iter ea alimẽta cẽſetur, q̃ tenuiſ ſimũ pſtãt victũ, ut ĩfra oſtẽdemus, ſic tex. 33. euiſdẽ li. ait p̃terea ſi lateris do lor aſsiduus ſit, calidisq; fomentis nõ remittitur ſputũq; nõ pcedit ſed ſum me citra cõcoctibilitatẽ glutinoſũ ſit niſi quis, dolorem, vel alui ſubductio ne, vel ſecta vena pro vtrius uis exi gentia ſoluerit. Ptiſanam autem ita affectis dederit præcipitẽ aget in mor tem de pleuritidis vero initio ſcripſi ſſe verba indicãt. Cum vbi dolor a ſsiduus ſit, qui nullis fomentis ſeda ri poſsit, neq; aliquod eſt ſputum, nec aliquid excernitur, ſed ſputum citra coctionem glutinoſum eſt tum morbi principium exiſtit: quo tem pore ptiſanam, ac deniq; craſſum victum probibet, cũ ptiſanam inter craſſa alimenta connumeret. Vbi ve ro

ro morbus a maxima degenerat uehe mentia, ſimptomatumq; acumen mitius, ac tolerabilius fit, quod quidem contingit vbi iam humor concoquitur, ac excernitur, & ad ſtatum accedit, ut Hipp. indicat. 27. eiuſdem libri ſic. Dolores ſiquidẽ pleuriticorum confeſtim ſponte deſinũt, ubi aliquid eſſatu dignum; tum expui, tum expurgari ceperit, et purgationes longe perfectiores exiſtunt: tum temporis craſsiorem, ac copioſiorem victus rationem preſcribit Hipp. quod inſinuauit apertiſsime tex. 23. 1. de ratione uictus ſic. At ſi os madeſcat, & ea q̃ a pulmone expuũtur talia ſunt, q̃lia eſſe oportet: ſorbitionis q̃ntitatẽ, ut vicã ſummatim adaugere oportet quam deniq; uictus formam augeri: in dieſq; craſsiorem fieri, quo morb⁹ copioſius expurgauerit, ac cõcocta excreauerit

In pleuritide cum humor manifeſte concoquitur craſsius alendũ.

 vi

dixit. 25. apho. eodē libro ſic & quanto maior fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem uſq; dare oportet. Quod quidem confirmauit. 4. de ratione uictus: textu. 76. ſic. Cuſtodies deinde ęgrum donec ad febris priuationem: & ſeptimum peruenerit diem, qui in tuto eſſe uideatur: in primis exiguum, tenuemq; cremorem eumq; melle conditum dabis: ſi uero facile ſputum educatur, & facile ſpiret: lateraq; non doleāt: ſenſim craſsiorem copioſioremq;: & bis die miniſtrabis. Quibus omnibus locis talem in pleuritide ſeruat uictus rationem, ut in principio: cum nihil omnino excernitur: aut exiguum, & crudum preſcribat uictum tenuiſsimum: cum uero iam excreare ceperit craſsiorē, quāto uero magis excreauerit: copioſius ac craſsius. Neq; hoc abſq; ratione

Ratio. ab Hipp. Eſt obſeruatum: cum inple

ritide, omnibusq; alijs pectoris inflammationibus: in principio morbus acutior, maior: ac vehementior ſit morbiq; cauſa maior, ac copioſior, maligniorq; occurrit. Cuius gratia uirtus hoc tempore magis aggrauatur, ſtimulaturq; a morbo: uiresq; maiores propter irritationem ſumit, morboq; propellendo: ac ſuperando inſurgit. Quo tempore nihil, uel parum alimonię offerre licet: ne naturam in humorum coctione occupatam, & maxime a morbo moleſtatam alimento offendamus: quo enim tempore natura a morbo aggrauatur, ac morbi coctioni vacat, nihil exhibendum eſſe Galenus ſcripſit commt. Illius apho. quando morbus in ſuo vigore conſtiterit tenuiſsimo victu vtendum eſt, vnde in ſtatu hac ratione tenuiſsimo vti debemus victu: tale vero morbi principium

um uidelicet, quoad materiæ coctionem, ſtatus pleuritidis eſt quoad accidentia, cum accidentia uehementiora tum ſint, quod Gale. indicauit cõ. 33. I. de ratio. uictus in expoſi. illius præterea ſi lateris dolor aſsiduus ē. &c Iacõ. ſicait. Vigẽtis aũt inflãmationis notę ſunt dolor aſsiduus, & q nullo pacto calidis fomẽtis remittatur: cõtinuo aũt, & alia adjicitur pleuritidis nõ magnę modo, uerũ & moroſę nota, q ſcilicet ſputũ abunde glutinoſũ ab euacuatione arceatur. Quibus uerbis duas proponit notas ſtatus pleuritidis, uidelicet, ubi nihil expellitur, & dolor maximus, & aſsiduus eſt, quę in pleuritidis initio eueniũt. Cum uero morbus iam incipit expellere, quo tempore morbus mitior fit, morbumq; faciens materia minor ſit, ac inflammatio diminuatur

Principium pleuritidis quoad materiæ coctionem, eſt ſtatus quo ad accidẽtia.

virtus tū minus moleſtata maiorē vic tū ferre poterit. Qua d cauſa maxime tū cōueniēs ē, pſerti Gale. teſti qui. 11. met. c. 17. pleuriticis alimēta appoſitiſsima eſſe ſcripſit ſic. Ac cibis potius horuʒ firmitudini eſt conſulendū. Neqʒ enim ſicuti in jocinore, ⁊ uentriculo, ita hic quoqʒ tenuiſsimo uictu eſt utendum. In illis namqʒ alimentum concoquitur, metusqʒ eſt ne ipſis phlemone laborantibus, ne nutrimentum rite concoquatur, ⁊ phlemone augeatur: in pectus uero tantum alimenti ſaʒ cocti peruenit q̄tū ipſi nutriendę particulę ſatis facit hęc Galenus. Quod ſiquis dicat contrariam in morbis uictus formam huic in aphoriſmis ſtatuiſſe Hipp. dicam ipſum de aliis morbis loquutuʒ in apho. ac in libris d uictu acutorū, cum in apho. d his ſermonē habeat, q ſenſim paulatimq́

in

incipientes, poſtea increſcentes ad
ſtatum iam nullum incrementum ſuſcipi
unt, qui morbi a ſectę Arabicę factori
bus reſeruantes materiam ad vnam
creticam expulſionem appellãtur, hi
ſunt febres omnes continuę incipien-
tes a mediocri humore parum in prin
cipio vexantes: in his igitur morbis.
Hipp. victum eum, de quo in apho.
eſt loquutus preſcripſit: ceterum in li
bro de acutorum victu aliud morbo
rum genus deſcripſit contrarium vi
delicet, cui contrariam victus formã
ſignauit, tale vero eſt morborum, qui
a principio ſummam vehementiam, vi
goremq; nanciſcuntur hi uero circa
coctionem humorum remiſsiores, ac
minores euadunt, e quorum numero
ſunt, et pleuritides, peripneumonię, &
omnes uiſcerum inflammationes, in
quibus inflãmatio in principio maior
eſt

eſt, ac inflammationeꝫ faciens humor
copioſior, craſior, ac malignior occur
rit, Poſt principium materia euaneſ
cens, aut per inſenſilem reſolutionem
aut per manifeſtaꝫ euacuationeꝫ mor
bus redditur minor. Qui morbi ab A
rabibus non reſeruantes materiaꝫ ad
unam creticam expulſionem uocan-
tur. Nam in his continuo materia
morbi a principio reſoluitur, euacua
tur, ac minuitur: ſunt ex horum nume
ro ſimiliter febres, quę a maligna, pe
ſtilenti, & copioſa materię mole incipi
unt. In quibus a principio morbi uir
tus irritata a malitia humoris maxime
moleſtatur, & tum occupata eſt in hu
morum uictoria, quo in tempore lice
bit tenuiſsimo uti uictu, ut ſupra pro
babimus, proceſſu uero temporis per
coctionem morbi materia minuitur,
& uirtus maxime reficitur, & leuatur

quo tempore craſsius cibare expedit unde hac ratione meritiſsime in omnibus morbis ex peſtilenti natura obortis, q̄lis eſt in hac noſtra regione mexicana, qui popu lariter, ac continuo maxima hominum clade graſſatur, et patrio nomine tauardete dicitur: de quo ſupra copioſius egimus. In quibus omnibus in principio uictu tenui utendum, in ſtatu uero, & prope, cum iam humor magis imminuatur, & a natura uincatur, craſsiori. Hęc ſunt quę de pleuriticorum uictu ī uniuerſali habui dicenda. Supereſt ut particularē uictus rationem ſecundū preſcriptas regulas eliciamus, ac alimenta apponamus, quę pleuritidi in principio, ac ante morbi coctionem conueniunt, & quę poſt materię coctionem, quam uictum ex mente Hipp. conabimur elicere.

*In morbo vulgo tauardete dicto in p̄cipio tenuiter nutriendum, circa finem vero craſsius.*

## ¶ CAPVT. 14. DE PARTICVLA- ri victu in pleuritide

Memoria obſeruatum eſt, Hipp. in initio pleuritidis ſolum exhibuiſſe oximel, ac aquam mulſam, poſtq́ uero humor concoqui, ac expelli ceperit, ptiſanę cremorem, ubi iam perfecte concoctus fuerit, & copioſe excreauerit, dolorq́ iam remiſſus fuerit. Ptiſanam, hanc fuiſſe Hipp. conſuetudinem Galenus indicat. 3. libro de ratione uictus textu. 61. ſic. Ptiſanam igitur totam porrigit his, qui mitius, quietiusq́ habent: ſolum uero cremorem his, qui deterius degunt. Verum his, qui periculoſius, acutius q̃ laborant, potus ſolos, quod ſimul idem Galenus inſinuat. 1. acutorũ con textu. 44. ſic. Verbũ ſiqdẽ unum eſt

Ordo cibãdi ex Hip in pleuritide.

ſedd

ſed ex omnibus, que nuper dicta ſunt inuenitur. Si enim uſq; ad ſeptimum ſufficere poterit, ex oximelitis, & meli cratiſ, & aquæ uſu per ea, que dixi omnia ſanabitur, ac liberabitur, & eodē comm̄t. inferius ſic cum igitur uirtus ad morbi uſq; iudicationem ſine ptiſanę cremore ſuffecerit, oximeli, & aqua mulſa ſatis ſunt. &c. Verum cum hęc cibandi conſuetudo noſtra ætate inuſitata ſit, ridiculum enim eſſet pleuritidi laboranti, ſi medicus aquam mulſam, ac oximel in initio cibationis gratia concedat, ac poſt coctionem, aut ptiſanæ cremorem, aut ptiſanam inuſitatos videlicet cibos. Operepretium me facturum exiſtimaui, ſi eos cibos recenſenſerem, qui aquæ mulſę nutriendi tenuitate reſponderent, ac eos, qui ptiſanę cremori reſpondent, & qui ſubſtantię ptiſanę, quo facto tota victus

Conſuetudo cibandi in pleuritide ex Hipp. nūc inuſitata.

tus

tus ratio in pleuritide erit completa.

¶ QVE ALIMENTA CON-
gruant in pleuritidis initio crudo ſputo.

Alimenta quæ melicrato affinia ſunt, atq; hac ratione in initio pleuritidis offerēda: hac facultate pollere debent, qua exiguum, tenueq; corpori nutrimentū præſtent: ea vero talia ſunt. Lentium ius modico aceto conditum, agmi da lazum dulcium expreſſum, pruna damaſcena, poma quę matiana appellantur aſſa, & alia huiuſmodi, hęc enim omnia exiguum cum corpori nutrimentum præſtent, ac melicrato reſpondeant, in initio pleuritidis commode exhiberi poſſunt, quibus uti poterimus toto eo tēpore quo morbus crudus ſit, ac grauiſsime affligat: ſi

ue vſq; ad ſeptimum perduret, vt ſupra Galeni teſtimonio patuit, ni vires debiliores reddite aliter permutandum victum ſuadeant, de hoc enim impreſentiarum non loquimur, videlicet, de indicatione: quę a virium languore ſumitur. Jus vero lentium pręſertim petroſelino: coriandro viridi, oleo, aceto, ſale, & modico croci paratum pleuriticis commodu; eſſe ex eo diſces, q̃ omnia, quæ pleuritidi congruunt obtineat. Habet enim vim craſſos in pectore humores attennandi, & lentos incindendi, aceti: ac petroſelini, coriãdri crociq; ratione, aluũ lenit, vel Galeno. 1. d alimẽtoꝝ facultatib9, quod in pleuritide maxime ẽ neceſſariũ: deniq; exiguum, ac tẽperatũ corpori nutrimentũ pręſtat Qd ſiquis obijciat Galenum qui 1. de victu acutoꝝũ contex. 11. 27. lentiũ vſum

Ius lentium pleuriticis commodum.

vſum in hoc morbo dam nauit, dicam ipſum delentibus ipſis loquuntur quæ adſtringendi, ſiccandi, cogẽdiq; pectoris humores: vim habent, non vero de ipſorum ſucco per elixationem extracto, qui nullam adſtringendi vim habet: quod Galenus inſinuauit .1. de alimẽtorum facultatibus capite. 25. delentibus ſic dicens. Cortex quidem ipſius multę ẽ particeps adſtrictionis: ſuccus vero in ipſis eſt adſtringenti contrarius, vt ante retulimus quod ſimul Hipp. dixit. 4. de ratione victus textu. 95. ſic. Lens adſtringit atq; turbationẽ facit, ſi nõ detracto cortice ingeratur: quo textu lentẽ corticis ratione adſtrigere, et non aliter ſcripſit: ſi igitur ex Hipp. & galeni mente ſuccus nullã adſtrĩgẽdi vim habet nõ ẽ quod eũ, in pleuritide dãnemus ſed obiter quorũdã medicorũ perui

Succus lentium leniẽdi, & nõ adſtringẽdi vim habet.

catiã mirari meſubit, q̃ febribus noci
uũ eſſe jus lentiũ aſſeuerent, ac omni
bus febrientibus earum vſum inter
dicant, ſed q̃ꝫ a recto nutriendi trami
te diſcedant, inſinuemus aſſerentes
omnibus febribus pręſtantiſsimum
remedium eſſe jus lentium, tum quia
leniendi, & moliendi aluum faculta-
te pollet, quod omnibus febribus cõ
uenit, in quibus aluus caloris immo
dici cauſa adſtrictus eſt, tum ꝙ ſuc
cum exiguum, eumqꝫ modice frigidũ
pręſtet, quę omnia maxime febrienti
bus commoda ſunt. Sed de his ci-
bis, qui in pleuritidis initio conueni
unt, hec ſatis ſunt,

¶ QVI CIBI PRESTANDI IN-
pleuritidis augmento.

Ibi qui cremori ptiſanę reſ-
pondent, ac in pleuritide poſt
materię coctionem conueni-
unt

unt, hi ſunt, jus pulli ſimplex, cum pa ne paratu3 quod panatelam itali ap pellant. Quorum vitela relictis al buminibus, quę huic morbo non con uenire infra oſtendemus, gallinaru3 hepata, galorum teſticuli, & alę & a- lia id genus q̇bus tuto uti poterimus in pleuritide de ea, in qua humor manife ſte concoqui, & expelli aparet, ac ſimptomata remittuntur, cum craſſi orem preſtent corpori victum ſupra dictis, et cremori ptiſanę nutriendi modo aſſimilentur.

## ¶QVE NVTRIMENTA COM petant in ſtatu quo ad coctio nem, pleuritidis

POſtq̃3 vero morbus iã perfecte coctus fuerit ac copioſa humoru3 ex creatio ſit, & accidẽtia fere ſunt leuata, tum

tempoꝛis ptiſana ⁊ his, quæ ptiſanę, aſsimilantur alimētis vti licebit: hęc vero ſunt que corpori victum craſſū ac copioſum, (inſtar ptiſanę) pręſtāt quæ ſunt ea, que comeduntur vt pullorum ſubſtantia, iuuenum columborum, paſſerculorum, piſces ſaxatiles, gallinę, ⁊ quęcunqꝫ idgenus ſunt piſces vero ſaxatiles marinos pleuriticis vtiles eſſe Galenus indicat. 1. de victu acutorum contextu. 27. ſic qđ ſi eger aquam mulſā, ptiſanamqꝫ faſtidierit, piſces ſaxatiles ſunt maxime idonei, ex aqua, ſcilicet ⁊ porro, ⁊ anetho, et ſale, ac moderato oleo parati, atqꝫ ex non ſaxatilibus aſſeli: ſed ſciendum ea alimenta, quæ huic morbo congruunt pręter nutriendi vi expectorādi facultate pollere eſſe expediens, in qua ſentētia ē Hipp. 2. prognos textu. 43. ſic. Ex creatioī omnino lo

Piſces ſaxatiles pleuriticis vtiles eſſe.

lore, qui affligit circa pulmonem, et coſtas cito promptequ͞ excreetur neceſſe eſt, vnde alimenta quę adſtrictionem habent his non ſunt offerenda, vt pira et alia huiuſmodi, neq͞, quę adherendi, ad glutinandiq͞ vim habēt, quę humorem adglutinant, et ſic expulſioni ineptum reddunt cuius gratia taxandi ſunt qui pleuriticis amilū concedunt, quod cum ad glutinandi vi͞ habeat, maxime pleuriticis nocet eadem ratione, cui albumina ad hęrendi vim habent, qua vere his morbis non ſunt offerēda, ſed potius quę attenuandi, incindendi, ac leniēdi virtute participant, de q̄bus ſupra meminimus: licet in huius morbi pͥncipio d̄beamus vti incraſſantibus, vbi videlicet ex capitis fluxione hic morbus euenerit: quod ſolet euenire flāte vēto ab Hip. dicto aq̄lone ab Auicē

Amilum pleuriticis noxium,

In quibus caſibus debeamus vti in principio pleuriticis incraſſantibus.

na vero ſeptentrione, qui aer cũ frigi
dus, & ſiccus qualitate ſit, conſtrigẽs
cerebrum humiditates exprimit de
orſum, quæ ad pectus fluentes huius
mali origo ſunt, inde q̃z Hipp. dixit.
3. apho. laterũ dolores, tuſſes, & alia
huiuſmodi eſſe corporibus peculiaria
flante hoc vento, & Auicenna capite
de pleuritide ſic. Et ex flatione ſep
tentrionis q̃z plurime pleuritides cõ
tingunt, itaq; ventus, qui ab Hipp.
appellatur aquilo, ab Auicenna ſep
tentrio nominatur. Vulgares, norte
nominant, cum itaq; flante hoc ven
to pleuritides adſunt, in principio in
craſſantibus vti expedit, vt humorũ
a capite fluentium motum ſiſtamus,
quod ſimul a nobis eſt exequendum,
cum a ſubtili, & aquoſo admodum hu
more oritur, quem incraſſare debe
mus, vt cita, & expedita fiat eius per

Ventus vulgo norte dictus quomodo ab Hipp. & Auicenna appelletur.

pec

pectus excreatio, cum in morbis pec toris, humores tenues in craſſandi ſint ne ab aere propter tenuitatẽ, et fluxibilitatem rupti exire impedian tur, craſsi vero attenuandi, & lẽti in cidẽdi ne ſuo lentore, & craſsitie vię adhęrentes exire nequeant: quod Galenus ſuccincto ſermone, &. 2. de victu acutorum, &. 4. de patientibus locis, & libris de morbo, & ſimptoma te & aliis in locis explicuit, hæc dixi mus de pleuritide in qua mediocris ſit virtutis conſtantia. Cum enim ta lem victus formam ſeruare debemus quam ſupra tetigimus. Nam vbi cũ hoc morbo virium languor, ac debili tas copulantur, ſtatim a principio co pioſe, ac craſſe alendum ſumpta a vi ribus indicatione, quæ ſemp vbi defi ciunt: refectionem alimentis expoſtu lant, in qua ſententia Galenus eſt, q̃

In pectoris affectibus ſucci ad mediocritatem inter tenuitatẽ, & craſsitiẽ ſunt redigendi

1.acu

1. acutorum contextu. 44. ſic ait ſtat ve igitur, quempiam natura ſiccum quidem corporis habitu, ſed ſuperfi cie denſum ſpiſſumq; latis uenis, uir tute uitali ualida, cibiſq; non multũ aſſuetum, ęgrotare hieme non admo dum frigida, in regione etiam huiuſ modi, atq; priuſq̃ ęgrotaret, otio d ditum inſatiabiliterq; cibis multi nu trimenti abuſſum, præterea, & os ven tris validum. Sit autem alter cõtra rio affectus modo humidum quidem & mollem, virtute vitali imbecilla, & q̃ plures cibos ingerere cõſueuit, æ grotetq; eſtatis tẽpore, eſtuoſo & regi gione huiuſmodi: ſtatuamuſq; homi nẽ anteq̃ ægrotaret, tũ curis, tũ aſſi duis actionibus fatigatũ, pauca pręſ ter cõſuetudinẽ ediſſe, & oleacea, & quę haud quaq̃; nutriant: ventris itẽ os non validum, ſed natura imbecil-

lum

lum habere: atq; his ita habentibus, vterq; eodem ſi uolueris morbo infe
ſtetur, ea ſcilicet, quam Hipp. velu
ti exemplum hoc in loco cõſtituit ple
uritide. An non una tibi uictus ratio
in utroq; difinienda uidetur? An po
ſterior a prima die alendus? Prior
uero potu ſolo ad ſeptimum uſq; gu
bernandus ubi morbum non longe,
protracturum ſeſe ſperaueris, ego ſa
ne, qui longa experientia utrunq;
probauerim optimam ita fore uictus
formam aſſero. Nam ſi uice uerſa fe
ceris priorem ſcilicet a principio nu
trire aggreſſus: poſteriorem uero ad
ſeptimum uſq; ſine cibo ſeruare volu
eris, trucidabis ſane ante quartum
diem utrunq;. Hactenus Galenus,
quibus uerbis aperte indicat uirtu
te languente a principio copioſius
alendum.

Ca

## ¶CAPVT. 15. DE PLEVRITI-corum potu.

Tale pleuriticis potū conuenire conſtat, q̄ caloris immoderantiam, que cū hoc morbo iungitur temperare poſsit, ac humorē, qui excretioni eſt ineptus humectet, & ad expulſionem preparet: cum vero inter conſuetos potus hoc maxime preſtet aqua aptiſsimus his potus eſt, hunc vero potum conuenire pleuriticis Galenus indicat 3. de ratione victus, contextu, 40, circa finem ſic, Quando igitur bibi idonea eſt aqua cum ſcilicet potu ſolo vſus eſt æger nullo pacto accepto ptiſanæ cremore tum vero in potionum aliarum medio aquam tempeſtiue quis ingeſſerit, & preſertim cū ſiticuloſus æger ſit

ſit nempe eam, quam piam humidi cu iuſpiam copiam, abundantiam que fa cere ait, Quo fit, ut intermulſam, oxi melliq́ potum aquę exibeat, quod his, quę expui debeant, conferat ad hu mectationem. Quo loco aquam pleu riticis concedit, ut ea, quę expui de bent liquidiora facta ob aquę fluxibi litatem facilius excernantur. Quam ſententiam eiſdem verbis confirmat eodem libro, contextu. 42. verum quia aqua cruda plurima incommoda in acutis parit, videlicet amareſcit, ſiti non ſedat, Hippochondrio eſt infe ſta: lienem auget, jecurq́, tarde me at, neq́ aluũ, neq́ vrinas, neq́ ſter cora ducit, hocq́ eius ſubſtantię cra ſsities facit, quod ab Hipp. Galeno que notatur textu ſupra dicto eam prę coctam his concedemus. Cum per coctionẽ terreſtribus, ac craſsis par tibus

tibus cõſumptis, ac in habitũ dige
ſtis, & tenuior facta omnia hæc uitia
effugiat, atq; tuto commendetur, qđ
non ſolum in pleuriticis agendum,
ſed in omnibus morbis iudico, in qui
bus cum cruda eſt hęc parit incom
moda: cum uero per decoctionem at
tenuatur nihil incommodi affert, un
de illi non ſunt audiendi, qui fontanã
aquam citra coctionem tuto ęgrotan
tibus exhibent, dicentes eam tenuiſſi
mam eſſe, cuius gratia hęc incommo
da fugit, nec coctione eget. Verum ſi
quis Galenum loco citato legat, in
ueniet ipſum de omni aqua locutum,
ſic quidem ait in contextu: tarde igitur
iure optimo meat aqua difficulter cõ
coquitur, atq; ęgre deſcendit, quãq;
alioqui, optima ſit, & culpa omni ua
cet, ſic Galenus. Nam licet reliquis
tenuiorem fontanam eſſe conceda
mus, non propterea labe caret, neq;

Semper ęgris cocta aqua prebenda.

hęc fugit damna quod exsecrasse substātiæ sit, quod enim aquę ex sua natura inesse Galenus indicat eodem loco: ut igitur commode bibi possit, eam coctione attenuabimus. Concludidimus ergo omnes ęgros aquā coctam bibere oportere, neq; eos audiēdos, qui fontanam citra coctionem admittunt, cocta igitur aqua pleuriticis commoda est, presertim si aliqd herbarum aut seminum apud coctionē recipiat, quæ pectori prodesse solent: unde aqua quę in coctione, aut hordei, aut prunorum aliquid acceperit in initio conuenit. ubi uero febris feruor remissus est: ac excreare ceperit aut liqritiā, uel ad iathū seu hisopū uel singula, uel plura aquę miscebimus qui potus tepidi sunt cōtinue in hoc morbo offerēdi Hip. testimonio 3. de uictu acutorum, textu. 79. sic. Cum

In pleuritide potus semper tepidi pręstandi.

Cum autem oximel dare volueris, perq̃z tepidum: paulatimq́z, & non affatim dabis Galenus in contextu hac ratione medium calidi, frigidiq́z oximel commendat, qd̃ frigidum, humorum coctioni obſtat, atq́z pleuritidi nocet, calidum vero, calorem, ac humoris malignitatem adauget, ac ægrum ſiticuloſiorem reddit: quod de omni pleuriticorum potu eſt intelligendum, qui potus copioſiſunt cõtinuo in hoc morbo offerendi, & in multa quantitate, vt ſic pectori magis congruant, quod Galenus et Hipp. Senſu demoſtrauit. 3. de acutorum victu, contextu. 42, vbi ſic ſcribit. Et antea Hipp. de mulſa, & oximellite aquoſis, qd̃ os humectant, & vrinas cient, non vtiq́z cyathum porrigens: ſed quantitatem inſignem, qua, & os humectari, & vrinę cieri, et quę pulmo

Omnes potus ſẽper maxima copia propinandi pleuriticis.

monem infeſtant expui poſsint. Præterea & de oximellite ita ſcripſit, q̃d ſi potum hunc, & quidem multũ per totum morbi tempus profuturum e ꝑſtimaueris adijciens hic multum. Perque verba Galenus merito jubet vti nos debere in his pectoris affectionibus copioſis potionibus, ut relicta ipſorum maxima parte in naturalibus membris ſuper ſit non exigua pars ventura ad ſpiritualia, qua ſputum citius, et facilius educatur: quod maxime a nobis obſeruari licet, ſiue potiones, ſiue elegmata, ſiue meraſerapia exhibeamus: ſemꝑ maximam, & multam copiam exhibẽtes, cum in hoc loco non ſolum potiones multas, ſed & oximel multũ dari concedat Galenus. In quo loco merito taxatur opinio vulgariũ medicorũ, qui hoc nõ aduertẽtes in pectoris

affectionibus, exiguis potionibus v tuntur ſiue ſerapia, ſiue elegmata, ſi ue alia pectoralia propinent, nos ve ro ſecus abbinc acturos ex his Gale ni, et Hipp. locis conſulimus, ſed de his ſatis nunc in veſtigabimus vtrũ pleuritico vini vſus ſit familiaris. Quibuſdam videri poſſet rationi cõ ſonum cum Hipp. vinum pleuriti cis propinandum eſſe, qui. 1. acutorũ textu. 22. ſcripſit ſic. Verum dande ſorbitionis quantitas hoc obſeruabi tur pacto. nempe, ſi morbus ſiccior, ꝙ, vt quiſpiam exiſtimet fuerit, non multum dare oportet, ſed ante ſorbi tionem, vel mulſam, vel vinum: vtrũ magis auxiliaturum putaueris pro pinare conuenit. Cuius ſententię Galenus aſſentitur. 3. de victu acu toum, contextu. 4. ſic. Verum poſt vinum dulce non admodum craſſum

ad eorum, quę in pulmone ſunt educ tionem conueniens eſt aquoſum vi- num, virtutem ſcilicet roborans, et humores tum humectans, tum made faciens mediocriter. Quibus locis vinum in pleuritide concedunt, cum humores faciles ad excreatum red- dat: verum in contrarium eſt Gale nus. 4. methodi, capite. 7. ſic. Non latet autem de vini vſu, quod cauen- dum id eſt, vbi phlemones ſuſpicio adeſt, alias nihil dari vetat. Quo in loco in inflammationibus vinum in terdicit Galenus, & merito quidem cum in inflammationibus humores ad partem inflammatam fluant, vi- numq; fluxiones, humores attenuã do, ac poros aperiendo moueat hac ꝗ ratione inflammatis partibus no cumento ſit, cum plus humoris ad partem profluere faciat: vt igitur flu

In inflã matio nibus vi num in terdicã dum

xum caueamus, vinum cauet Gale-
nus, ſed quid in hac re ſentiam breui
ter oſtendam: ſumpta indicatione a
morbi diſpoſitione. Non licet in pleu
ritide vinum concedere, tum fluxus,
tum febris ratione: cum vinum & flu
xiones moueat, & febrilem calorem
adaugeat, & hoc eſt, quod Galenus
voluit. 4. methodi, cum dixit in inflã
mationibus vinum eſſe fugiendum:
verum ſumpta indicatione a virium
languore licebit virium roborãda-
rum gratia vinum exhibere, cum ni
hil ſit quod vires proſtratas, ac diſſo
lutas ita reficiat, vt vinum teſte Ga
leno. 1. de arte curatiua ad glaucum,
vbi igitur pleuritis cũ virtute fuerit
mediocri vinum ergo interdicemus
vbi vero cum virtute imbecilla vinũ
virtutis reficiende gratia dabimus,
& hec fuit mens Hipp. Et galeni in
his locis in quibus vinum in hoc mor

Vinum ratione morbi, in pleuritide minime cõgruit.

Quãdo vinum ſit propinãdũ pleuritico.

bo commendarunt:tum vero non qō libet vinum ſatis facit,ſed quod pauciſerum ⁊ aqu·ſum eſt, vt Galenus ſupra, quod ſi natiuum non inueniatur,arte parabimus nobis, tantum aquę uino inuicentes, et nulla ſit vini in guſtu repreſentatio,quod galenus notauit.3. acutorum, contextu. 40. vel aliter dicendum Hipp. ac galenum vſos fuiſſe ī pleuritide vino, pręſertim dulci,cum eorum intentio ſit, non ad febrem,nec ad inflammationem,ſed ad expectorandam pectoris cauſam,qua expectorata,⁊ febris ⁊ inflammatio ceſant. Cum igitur horum intentio pręcipua ſit, in his pectoris affectibus, materiam q̄ ci tiſsime a pectore educere, hocque maxime efficiat vinum,pręſertim dulce hac re vinum in hoc morbo commendāt,ſed de hac re hęc ſatis ſunt.

Finis. 

¶ ILLVSTRI VIRO DOMINO
Ludouico villanueua meritiſsimo ciuilis iu
ris doctori, ſacrę cesareę mageſtatis huius
noui imperij ſenatori, cancellarię prętorũ
capitalium præſidi doctor Fran
ciſcus brauus medicus perpe
tuam felicitatem ex-
optat.

Literarum profeſſoribus peruetus
& ſatis vulgaris conſuetudo eſt a
liquot opuſcula edituris iuri, ac po
teſtati grauiſsimorũ virorũ ea adſcri
bere, vt eorum ſtudio, virtute: ac potentia
munita, blandoq; ſinu recepta venenoſas,
& lycambęas ſagittas retorqueant ac detra
ctionis impetum, & vim: ſui patrocinio, &
mageſtate depellant, qua correpti diu noc
tuq; mente obvoluptant, & agitant præſtã
tia ſubuertere ingenia, omneq; deſiderium
& quaſi Reip. proficiendi igniculos ex
tinguere machinantur, præſertim eorum
talentum, quę in publicum afferũtur quod
optimo cuiq; diuino numine propitio im
pertitum eſt, quę detractionis flamma tan
tum habet virium, tamq; formidoloſa eſt,

iſt

iis,qui ſuas in communem vtilitatem vigi
lias conferunt vt niſi eas cum huiuſmodi
virorum authoritate coniungerent, illuſtri
que ſubſidio premunirent, nemo eſſet, qui
tantarum rerum molem, & pondus ſuſtine
ret: quod etiam diſcrimem & contentio in
ter apolineę artis profeſſores latius opini
one funditur, ſerpit enim res quæ procliuis
ad pernitiem vt ſemel cepit, labitur: hin an
que in hodiernum vſque diem( eo miſeriarum
deuentum eſt )carpendi vitio ita pręcipi
tes feruntur, ac exardeſcunt vt quo rei plus
ſubeſt periculi, & inuidię: eo magis tanti
nominis ab excellentię viro: vt et hanc te
terrimam belluam, æthneas vndique flammas
euomentē euadamus, & hoc opus ſatis hu
mile, & exiguum legentium animos huma
niter conciliet indigemus.

¶Hoc etiam accedit cauſę, quia preſcrip
turi opus aliquod, perſonas grauiſsimas ſi
bi deligere conſueſcunt, vt ex eo facile
colligatur: acceptorum officiorum expleta
ratio, & quaſi pærpetui obſequij ſeruitus
planius eluceſcat, mimenſusque ardor animi
& voluntatis propenſio qua vndique & per
petuo ſuo domino męcenati deuinciūtur,
om

omnino comprobetur: nec cum te patronum eligendo, tum hoc opus tuo nomini conſecrando exęſtuantibus prærrupta molle fluctibus illiſa firmior me fallit ſpes, ſatis enim cunctæ hiſpaniæ tuum lumen, poteſtas, amplitudo, animiq́ ornamenta parent, ſatis vbiq́ terrarum celebrantur: ante ſecundum, & vigeſimum annum hiſpaniam moderatus, ad horasq́ increbeſcente fama ęquiſsima imperij adminiſtratione incredibili conſtantia ad ampliores honoris gradus ſubito euolaſti, inquibus ita ſancte, incorrupte, prudenter te geſsiſti, vt tota hiſpania tuas res geſtas prædicet, perpetui nominis monumenta in omnem poſteritatis memoriam commendet, te vnum radia ti gubernationis polo ſublatum ſuſpiciat, deſideret, ac miretur: nec vnq́ ſi ad ortũ decurrãt flumina de tuis laudibus aliquando conticeſcet: ita vt nulla florentiſsima vrbs, nulla religioſa Reſp. nullum oppidum virtutis præſidio ſatis firmum totius hiſpaniæ extiterit aut pręluxerit, cuius ob tuam ſingularem induſtriam, ſa ctitatem nomen, grauitatẽ pręſtantiam non clauum maxime infutea

ti tẽpeſtatemultũ diuq́; iactaueris, honeſtio ri cultu decoraueris, politiori diſciplina in formaueris, ſanctioribus inſtitutis reuoca ueris. Teſtis ẽ hiſpalis meũ natale oppidũ huiusq́; imperij nauigationisq́; tutiſsimus por tus, & eorũq́ huic exportantur opullenti ſsimum promptuarium vbiq́; gentium ce-leberrimum: teſtis eſt toletum ſacrorum re ligione maximi templi copioſiſsimis vecti galibus, emendatiſsima betici ſermonis volubilitate inter ſeptem orbis miracula veluti celeſte ſpectaculum ſatis memora-bile: teſtis eſt burgi ditiſsimorum merca torum copia, honeſtiſsimorum ciuium fre quentia multiplicium rerum facili vectu-ra percelebres aliaq́; inſignia hiſpaniæ oppi da quę tibi fęliciſsimo prçſidi aliquando paruere: poſtea vero ingubernationem in diarum huius noui orbis creatus es, inqua creatione non ſtudia, ſed merita, non largitio, ſed incorruptio, non fortuna, ſed conſilium præluxit, & tandem poti-ſsimum prçmium immenſi laboris quod cauſa cęſareæ Mageſtati inuicti ſsimi regis noſtri Philippi inſeruiendi

fideliter ſuſceperas: vltimo velut iſpeculū inflammatioris luminis, virtutis, & integri tatis inpriſtinum dignitatis locum hoc eſt in ſenatoriam noui Hiſpanici orbis admi- niſtrationem felicius reſtitutus es, cum pa ulo ante immerito eiuſdem muneris obeū di facultate abdicatus fueras, in hiſpaniam proficiſceris, improbe: & doloſe confecta diluis, indicta cauſa abſolueris, quod diui- no numine, conſilio: ac poteſtate eu niſſe video vt tuæ innocentię conſpicuas immit teret flammas, quibus omnium oculi & etiā ſenſus, ac mentis acies perſtringeretur, In quo nauigationis curſu conficiendo ōnes vectores, & noſnos maxime varia diſcrimi na, graues moleſtias, periculoſos morbos, rei familiaris jacturam vidimus: in tanto re- rum naufragio, & vehementi tempeſtate al tiſsimis defixa radicibus perſtitit īmota vir tus quę fluctuantium periculorum mari, & voluentis æſtus creberrima jactatione pro bari, et expendi ſtudioſe conatur,

¶ Altera tibi hoc opus dedicandi potiſsi ma ratio eſt: minimam acceptorum benefi- ciorum (quibus arctiſsime obſtringimur) partem aliquam perſequi: intimi erga te a-

moris:ac diuturnæ beneuolentię quaſi ſignum aliquod offerre,quę omnia ita me diu noctuq; exagitant,ac inme vno ſentio: intueor:& cognoſco,vt nec terum omnium opulentiam:nec imperatorum theſauros, nec quæ latiſſimo terrarum orbe affluentiſſima continentur ad parem beneficiorum acceptorum gratiam quibus affectus afficior,me ſpero afficiendum:exæquendam nihil conferre longe proſpexerim. Itaq; te obſecro:oroq; huius animi inte propenſionem per humaniter accipias:nec hoc munuſculum ſed tibi perpetuo inſeruiendi accēſum ſtudium & quaſi creber anhelitus apud te acurato ſpectetur?

¶Duo huic operi tibi mandanda ſunt primum in ſumma redigere omnem materiam dierum quibus morbi diſcernuntur( vulgo dies decretorij )iuxta doctrinam Hipp. & Galeni veraſq; cauſas reddere quas ſupra dicti dies efficiunt ,ſubijcitur etiam quedam mea opinio vera & anullo hactenus inuenta exqua vera cognitio pręcipuę cauſę dierum ſupra dictorum percipi poteſt maxime affinis & congrua Hipp. & Galeni ſententiæ qui medicinalis ſcientię veluti funda

da

damenta habentur?

¶ Vltimo agitur de radice illius herbæ in his prçſertim regionibus ſatis notę (vulgo ſarſa parrilla) qualitates, effectusq; illius recenſentur, qui nanq; effectus in corpore humano ſubſequantur, quibus morbis apte, & vtiliter applicetur, errores medicorum huius vrbis extirpantur, quibus miſera plebs eorum opinione inducta quaſi teterrima caligine offenditur: aſſerunt enim hanc radicem eſſe frigidam, minime vero calidam: contrarium oſtenditur, aliter ſentientium opinio diſſoluitur: quo ex opuſculo cognoſcet humanitas tua quam hucus q; quide hac re tractarunt, & docuerunt ab ſcopo aberrarunt. Iam credo mea oratio longius aberrarat: reliquum eſt mitiſsimo tuæ beneuolentię portu hoc opus excipias, ac recrees: non illius magnitudiné, & exiguitatem, ſed ſcriptoris animum benigne tibi proponas, quem & agnoſcis, & diligis, idq; ex latratu mordaciſsimorum canum, rabie, & impetu exęstuantium prçripias: ate intenſe poſtulo qui cum nihil altũ nihil immortale, nihil celebre moliantur, morſibus tamen honeſta ſtudia corrodunt

&

& quia ſatis coſtat te ampliorem fidelius q̄ꝫ imploramus opem præſtaturum : id enim eſt humanitatis tuę, vt nullam omnino offi cij partem vnq̄ꝫ prętermittas ad illuſtriorē ſtatum, & feliciſsimum longe temporis cur ſum ad affluentiorem honoris ſedem deus opt. max. cuius nutu, numine, ac poteſtate rerum omnium ſumma continetur te in dies prouehere dignetur.

dixi.

¶ OPVSCVLVM DE DIEBVS decretoriſs: inquo breui ſuccinctoq́ ſermone eorum doctrina ex Hipp. Galeniq́ mente enodatur, & vera, ac anullo hactenus ſcripta ipſorum cauſa exponitur

EODEM FRANCISCO BRAuo orſunenſi doctore, ac mexicano medico autore.

¶ PRIMVM CAPVT INQVO proponitur queſtio in hoc libro vētilanda.

REſtat controuerſe re quo ſatis arduę, ⁊ difficili queſtioni reſpondeamus, An in die decretorio liceat ſanguinem detrahere, aut purgationem ad bibere, aut cucurbitulas adiungere, ſiue quocunq; potenti auxilio corpus mouere: quod enim his di

Queſtio ventilā da ī hoc libro.

ebus

ebus non expediat aliquid horum facere, indicat Hipp. apho. 20. 1. aphoriſticę ſecti. ſic, Quę iudicantur, ⁊ iudicata ſunt integre, nec mouere nec nouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando: ſed ſine re oportet. Quo textu videtur Hipp. apertiſsime indicare in diebus decretorijs, in quibus ſolent morbi iudicia ſubire, non licere alimentis, ſiue medicamentis naturam a criſi diuertere: ſed corpus inquiete, ⁊ omni moda inedia ſeruandum. Uerum huic ſententię contra dicit Galenus nono methodi ſic dicens. Optimum enim factu eſt, quod me in quaqꝫ re facere vidiſtis, non numero dierum ſed vni uirium robori attentum eſſe. Quippe ſi ſeruatum eſt, non ſolum ſexto, ſeptimo ve ſed reliquis diebus tuto ſanguis eſt mittendus. In quo loco Hipp. Galen.

Gale

Galenus ſeptimo ſanguinem detrahendum eſſe conſulit, qui omnium diſcernentium eſt efficaciſsimus, vt infra inſinuabimus. Quam deniq; ſententiam confirmat. 4. de ratione victus, contextu. 76. qua parte expurgationem quarta, & quinta die in pleuritico commendat, quos dies inter decretorios infra memorat. Unde licebit paucula de diebus creticis prænotare, vt facilius huic dubio faciamus ſatis.

¶ CAPVT SECVNDVM IN quo, ex antiquorum exemplo dies iſti cõmendantur, & exploditur futilis opinio illorum, qui hos reijciunt.

TAnta eſt dierum creticorum vis, ac efficatia in ſoluendis morbis, vt teſte Hipp. Primo epidemiarum

Vis dierum creticorum

rum, parte. 3. textu. 15. Solum illi morbi fideliter ſunt ſoluti, qui diebus creticis finiantur, qui vero alijs in diebus ſoluuntur imperfectam, ac dubiam ſolutionem nanciſcantur, ita vt de ipſorum reditu timendum ſit. Quod ſimul notauit. 3. prog. textu. 14 quos dies Hipp. primitus obſeruabit, ac i ordinē digeſſit: quē ſequuti ſunt ipſo poſteriores Archigenes Philotimus, Diocles, qui hos maximis experientijs confirmarunt: poſtremus Galenus ſucceſsit, qui horum dierum naturam ad amuſsim ita examinauit, certiſsimiſq; experimentis ab adoleſcentulo confirmauit, vt nil poſteris dubitandum reliq̄rit. Unde mirari me ſubit quorundam noſtri temporis medicorum inſcitiam, qui per fricata (vt aiunt) frōte hos dies, vt ſuperſticioſos, & rei

Error quorundam medicorū.

medice prorſus inutiles reiiciunt cō
mentitiam Hipp. de his diebus ar-
tem aſſeuerantes, qui adducunt in
ſuum patrocinium Aſclepiadē, qui
horum dierum obſeruationem reie-
cit, & latinum cornelium, celſum, qui
libro. 4. capite, 3, Aſclepiadi hippo-
craticam horum dierum obſeruatio
nē repudianti ſubſcripſit, quod de
niq; ex experientia ſatis ſibi notum
perſuadent, cum noſtris temporibus
rariſsime, aut nunq̃ criſes ęgrotan
tibus eueniāt, nec morbos, quos cu
randos accipiunt criſibus, aut iudi-
cationibꝰ finiri cernāt: vnde falſam
hāc. Hip. d̄ decernētibus diebus ar
tē aſſeuerāt, q̇ hominū error nō recēs
eſt, cū ante ipſa Galeni tēpora ema
nauerit, vt ipſe fatetur. 2. de diebus
creticis, capite. 3. vbi huius ſectę fac
tores atq; horum dierum calumnia-
tores recenſet herophilum nimirum

Xenophontem, atq; Aſclepiadem, eosq; tanq; ſophiſtas, & veræ ſententię Hippocraticę calumniatores damnat, quod & libro.1. de criſimis diebus, capite.3. confirmat, vbi illorum opinionem recenſet, qui hos dies eliminabant: verum Galenus exploſa horum ſecta, cum eximiam quandam vim diebus decretoriis in eſſe cognoſceret, vt ipſe dicit libro eodem.1. capite.3. hos dies veriſſimos eſſe teſtatur, multisq; experimētis ſibi ꝑſuaſit ātiquorū dhis obſeruationē veriſsimā, ac maxime neceſſariā eſſe medicis preceptis: ſic enim eodē cap.3. parū īfra ait. Cū igitur nō ſolū mihi tot annis obſeruanti huiuſmodi quedā dierū differētia ſed Archigeni etiā in artis operibus admodū verſato inuenta ſit, inſupq; Heraclide Tharētino, q̄ ex vſu ſpeculationē

Impugnatur a Galeno error.

Eximia vis dierum decernentium.

collegit, deinde etiam philotimo, & Diocli, aliiſq; veteribus, tum ante nos vniuerſos Hipp. diuino ingenio admirabili. Quomodo non quis in re in dierum numero differentiam quandam ſtatuat? Que verba ideo adduximus, vt ſciant iſti nouorum dogmatum impoſtores ſe a Galeno miris tragedijs reprehendi: quod igitur noſtris temporibus criſes rariſsime eueniant, nec morbos, quibus medetur criſibus ſolui cernant, hoc tantum abeſt, vt ſuam opinionem confirmet, quin potius tetricam, ac putridam medendi praxim ipſorum promat, qua ægrotantium corpora, tanta remediorum mole opprimunt, tã aſsiduis motibus lacerant, vt vix reperiri poſsit corpus, vel poliphemicum, quod ad hæc remedia non ſuccũbat, indeq; euenit, ut tam crebris ve

Quare criſes his tẽporibus rariſsime eueniãt

neſectionibus, purgationibus, vnctionibus, emplaſtris, clyſteribus, & aliis hoc genus remediis ſine ordine digeſtis uirtus turbata: ac prorſus diſſoluta a ſuo ordine deficiat, ac finem quem in ſoluendis morbis intendit, minime aſſequatur: hacq; re crises nunq̃ ſuccedant, quorum medicorum (qui apud nos multi ſunt) peniendum errorem Galenus indicat libro. 1. de diebus creticis capite. 11. ſic. Cõmittuntur autẽ quedã peccata ab ipſo egroto videlicet quedam a medicis his admirãdis putantibus niſi quis, introgreſſus ad egrum deinde ſuccingẽs ſe vel cataplaſma impoſuerit, vel perfuderit: vel clyſterion indiderit, vel venam inciderit, vel cucurbitulas adiunxerit, uel confricuerit, uel nutrierit, aut huiuſmodi aliud factitauerit, nihil ab ipſo geſtũ

Quedam depraua ra medicorum praxis hoc loco a Galeno euellitur.

 eſſe

eſſe artificioſum, hi enim quoties ad ęgrum accedunt, toties peccant. nõ igitur iudicium in ſeptimo die, ad quem paratum erat fieri poteſt, tot interea erroribus admiſsis, quando quidē naturę motus pro ſuiratione ſtatutis periodis contingit: interim tamen ab exterioribus peccatis circuitus ſeruari prohibetur. Sic itaq; Hipp. vnde quaq; admirabilis inquit. Natura omnino ſufficit, prohibet autem hanc extrinſecus cataplaſma, inunctio, & totius, & partis irrigatio. Hec ſunt Galeni verba quæ ideo lubentius ſubieci, vt veteranei iſti medici autoritate tanti viri erubeſcentes a tam crebra remediorum applicatione abſtineant: ac moderate ſe gerentes naturæ motum attendant, ac criſes, & morborum ſolutiones ſpectent, quas natura ipſa medio

Medici non debēt multis remedijs obruere ęgrotãtes.

dio

diocri medici auxilio a principio mo liatur: cuius naturę extat apud Hipp pulcherrimum illud elogium naturę ſunt morborum medici, nec ob aliud fidiſsimus naturę miniſter Hipp. Tot criſes in egrotantibus eſt expertus, q̄ꝫ, qđ naturam nullatenus motibus velicabat, vt videre eſt ipſum per vniuerſos epidemiarum libros, in quibus tam parua extat remediorum obſeruatio, vt vix venę ſectionis, rariſsime purgationis, crebrius clyſteris meminerit.

Hipp. conſuetudo.

¶ CAPVT TERTIVM INDICANS commoda, quę medicus ex his venatur diebus.

Sunt itaqꝫ dies cretici a nobis maxime obſeruādi, præſertim cum ipſorum cognitio admodum vtilis, & proficua medicis ſit. Sunt enim ad tria dies iſti admodum neceſſarij: Primo ad inſtituendum debitum victum ægrotantibus, cuꝫ diebus ipſis decretorijs minime liceat multa alimenta ęgrotis offerre, ſed victum tenuem præſcribere teſtante ipſo Hipp. primo aphoriſmorum, apho. 20. quæ iudicantur inquit, & iudicata ſunt integre, nec mouere aliquid, nec nouare ſiue medicamentis, ſiue aliter irritādo, ſed ſinere oportet: quo textu nō ſolum Hipp. medicamenta inhibet his diebus, quibus iudicia fiunt ne alias naturę motum turbemus, ſed, & alimenta prohibet timens naturę diſtractionem, ne ab alimentis fieret

Ad tria dies cretici medicis neceſſarij.

his

his diebus. Nam ſi omnē uetat hic motum uidetur, & uetare alimenta quę ſimiliter corpus mouent, ac naturam diſtrahunt, ſunt. 2. utiles dies cretici ad morborum curationem cū ex Hipp. textu ſupra citato non liceat his diebus, aut uenę ſectionem, aut purgationem moliri. Neq; enim aliud hæc Hipp. uerba, quibus cum iudicātur morbi: uetat omnem medici motum, ac medicamenta indicant niſi q̇ his diebus, quibus fiunt iudicia haud naturam commotam ad humorum propulſionem diſtrahamus, ac diuertamus: quod infra inſinuabimus in queſtionis ſolutione. Vltimo utiles ſunt ad certam, & perfectam morbi ſolutionem indicandam: quod ſupra inſinuauimus Hipp. teſtimonijs. Cum itaq; ad multa proficui ſint, multumq; celebrati a noſtris maiori

foꝛibus, non eſt, qđ eos reiſciamus, ſed ipſoꝛum eximiam naturã (inſtar Galeni) ad mirantes numerum pꝛæſcribamus.

¶ CAPVT QVARTVM, IN QVO proponuntur regulæ neceſſariæ ad integram horum dierum noticiam.

PRoquoꝛum exactioꝛi noticia aliquot hippotheſes ad mentem Galeni ſupponemus, deinde ad veram illoꝛum numerationem accedemus.

¶ PRIMA HYPOTHESIS EST hæc a cutoꝛũm iudicia in imparibus diebus eueniunt.

HAnc Hipp. pꝛimitus ſcriptam reliquit. 4. aphoꝛiſ. ſectione, apho. 61. ſic, febricitantem, niſi die impari febris reli. querit, ſolet recidiuare, 4. ſi

militer de acutorum victu. textu. 76. c.56. eãdem confirmauit ſententiam eandem Galenus incomm. obſeruauit. cauſam huius rei reijciunt, qui pithagoræ ſectatores adhuc ſunt, inter quos Ferrerius exiſtit in numeri imparis efficaciam, & potentiam: qui numerus: cum omnium numerorum efficaciſsimus ſit, hac re in acutis morbis, qui omnium ſunt efficaciores vigere: indeq; euenire, vt criſes in his morbis: in imparibus diebus eueniant. Hanc opinionẽ refutat Galenus. 3. de diebus creticis capite, 8, vbi numeri imparis potẽtiã, a ceteriſq; omniũ numerorũ eliminat: ſed quantũ coniectura aſſeq̃ poſſum cauſam huius rei in biliosum humorem refero, qui humor ſolet eſſe per impares dies moueri, ac in his acutis morbis vigere, fieriq; criſes i acutis im

Iudicia in acutis in imparibus eueniũt

Refutatur Ferrerius.

Bilis ratione acutissimi imparibus; mouentur.

imparibus bilis ratione, quę his pręcipue diebus mouetur: ac urget. Sed eſt qđ quis obijciat Hipp. ac Galenum, qui innumeris locis. 4. ac. 14. 20. 40. & alios huiuſmodi potentiſsimè in acutis iudicare aſſeuerant: cũ conſtet hos, pares, & non impares eſſe. Reſpondet huic obiectioni Galenus. 4. acutorum, contextu 56, ſic. In acutis hi ſunt. 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. in longis. 60. 80. medij horum ſunt. 20 34. & 40. impares autẽ & hi ſunt. In quo textu. 14. 20, 40, & reliquos impares eſſe ſcribit. Rationem uero cur iſti impares ſint nõ adducit, quã hic addemus, quoniam iſti ſepteni ſunt. Cum uero omnes ſepteni impares ſint, inde iſti licet pares uideantur, ſeptenorum ratione impares ſunt. 4. uero ſeptimi medium eſt: hacq; ratione impar, & hoc eſt, quod Gale

le

lenus textu ſuperiore aſſeruit.

¶SECVNDA HYPOTHESIS impares, quide acutis ſolent decernere, aut ſunt ſepteni, aut quaterniones: hi vero ſunt radicales. Radicales dies.

In his ſolum periodis acutos morbos vere, & radicitus iudicari Hipp. ac Galenus ſcribunt: vnde criſes in quaternionibus, & ſeptenarijs eueniunt, atq; hac ratione. 4. 11. 17. & 24. & alij hoc generis decernunt, q̃a quaterniones ſunt. 7. vero, 14. 20. 40. & alij, quia ſepteni. Cur vero apud hos grauiſsimos viros in ſeptenarijs, & quaternarijs potius. q̃3 in ternarijs, & denarijs, vel ſextanis (ſi ita fas eſt dicere) circulis verę fiāt iudicationes non inuenio diffinitu3. Nam Hipp. libro de carnibus vltimis verbis, poſt q̃3 morbos in quaternari

Acuti morbi per ſeptenarias & quaternarias periodos mouentur.

narijs. 13 ſeptenarijs. q3 g iodis iudica
rijs ſcripſit ⁊ alia ī ſanis ſeptenis circuiti
bus3 ventre dicit, ſtatī3 ſic ait, neceſſi
tatē aūt nature, qua propter in ſeptē
hęc ſingula diſpenſentur, ego alijs
declarabo. Quo loco promittit nobis
alio loco ſcribere cauſam propter
quam natura ſeptenis moueatur, ⁊
non alijs. Nullibi vero eam ſcripſit,
cum in reliquis ſuis libris non inueni
amus. Galenus licet cauſas celeſtes
aſſignauerit, in hoc maxime deceptus
eſt, cum hę cauſę friuole, ⁊ inutiles
ſint, nullamq3 veri rationem habe
ant: vt infra oſtendemus. Unde di
cimus, quod id totum experientię
committunt, ſic enim apud Hipp.
Primum horum operum indagatorē
inuenimus celebratum, qui cum per
totum ſuę vitę curriculum maximis
experientijs, vt videre eſt per vniuer
ſos

ſæpe ſpidemiarum libros confirmauerit, in his potius, q̃ in alijs periodis naturę, & morborum, fieri vel ad melius, vel ad deterius ſubitas mutationes: inde hos poſteris celebrandos reliquit, cuius experta, non ſolum in his, verum in omnibus, quæ ad artem pertinent maxime amplectenda eſſe, & fide ſumma credenda, ac in quotidianis operibus exequenda Galenus multis in locis ſcripſit. Huiuſce vero rei inferius nos veriorem, & certiorem cauſam aſſignabimus: ad alia venientes ſcire licet quaternionum, ſeptenorumq; vim ad quadrageſimũ terminari diem: cũ ad q̃drageſimum vſq; cretici dies. p ſeptenarios: q̃ternariosq; circuitus eueniũt poſt q̃drageſimũ vero criſes p vigeſimos ſuccedũt circuitus: huius rei autor fuit galenꝰ. 3. prog. comm. 12.

Ante. 40. criſes per ſeptenarios & quaternarios eueniũt.

⁊ 2. de diebus creticis, capite. 10, deniq; ſepteni efficaciores ſunt quaternarijs, poſtea quaternarij, quod Galenus obſeruauit, 3. de diebus creticis, ⁊ 3. prog. comm. 1. ⁊ quotidiana experientia demonſtrat, horum vero omnium viri iſti cauſam non aſignãt ſed totum experientię committunt: nam cur ante quadrageſimum criſes per ſeptenarios, ⁊ quaternarios eueniant, ⁊ poſt quadrageſimum per vigeſimos, ⁊ quare ſepteni ſunt quaternarijs efficaciores non inuenimus apud hos uiros declaratum, ſed ſolũ obſeruatum?

ſepteni quaternarijs efficaciores.

¶ TERTIA HYPOTHESIS præter hos alij ſunt dies, qui ex accidente morbos decernunt, quos intercalares, ſeu coincidentes vocamus.

SUnt dies quos medici intercidentes appellāt, quia de morbis iudicant impropri e: hi vero ſunt, qui ob viȝ ꝛ violentiam exacerbationis ꝛ non ex propria natura iudicia ſubeunt. Solet enim vis, ac vehementia acceſſionis iudicium, vero, ac radicali die decretorio futurum arripere, ꝛ hac ratione criſes preuerti: tuȝ quia in acceſsionibus humores mouētur, funduntur, atqȝ paratiores ſunt ad expulſionem: tum quia virtus propter ſtimulum paratior eſt ad morbuȝ propellendum: quod Galenus ſcribit 1. epidemiarum, parte. 3. comment. 13, de quibus egit Galenus. 3, prog. cō textu. 1, ꝛ 2. decreticis diebus capite 8. quibus locis tres eſſe tantum intercidentes indicat videlicet. 3, 5. ac 9. 3. enim, iudicium, 4, die venturum ꝛ in

Decretorij inter calares qui.

in morbis breuiori tempore motis an
ticipat. 5. in morbis tardiori tempo
re motis iudicium. 4. die futurum ar
ripit. 9. iudicium. 7. ant. 11. acceſſurũ
aprehẽdit. ꝯ hoc galenus quito apho.
apho. 33. indicat: tres itaq; ſolum in
tercidentes ſunt. 3. 5. ac. 9. cauſa vero
qua poſt. 9. nullus ſit intercalaris di
es, hæc eſt, quoniam ante . 9. diem,
materia quę morbum facit, cum ſub
tiliſsima, ac acutiſsima ſit, ſui acuta
te ita ſtimulat virtutem, vt ipſa in die
acceſsionis anteq̃ deueniat ad radi
calem criſim faciat. Poſt. 9. vero, cũ
ſubtilis humoris pars diſſoluta ſit,
ac craſſa remaneat, quę cum minime
ſtimulet virtutem ob craſsiciem, ac
acutiei remiſsionem: inde eſt q̃d non
feſtinat facere criſim ante diem radi
calem: criſesq; poſt 9. in diebus ſo
lum radicalibus eueniunt, nullusq;
poſt

Cauſa q̄re poſt. 9. nullus itercalet.

poſt eum, dies intercidit.

SEd inſurgit hic dubiũ nõ mediocre de.18.&.21.qui cum decretorij ſint vt Galenus.1.&.2.de diebus creticis affirmat, & non ſint radicales, cum radicales dies ex Galeni mente ſint illi qui, aut ſepteni, aut quaternarij ſint: iſti vero nec ſunt ſepteni, nec quaternarij, relinquitur ex Galeno eſſe intercidentes: ac inde videtur male aſſertum ab ipſo locis ſupra dictis tres ſolum eſſe intercidentes.3.5.ac.9. Cum ſimul exſuamente.18.&.21.liceat inter intercalares numerare huic dubio non aliter reſpondendum credimus, q̃ꝫ aſſerentes.18.ac.21.iudicio Galeni non eſſe decretorios, nec in morbis decernere: cum mediocriter erudito in Galeni libris liqueat eos ſolũ vere d̃cernere qui Dubiũ. dubij ſolutio.

qui ſeptimo, aut quarto periodis fini
untur. Cum vero iſti his numeris nõ
finiantur, conſtat non eſſe decreto-
rios. Quod ſi Galenus libris decreti
cis diebus: ac alibi hos dies decerne
re ſcribit, hoc non ex ſua facit ſenten
tia, ſed vt Archigeni diocliq; place
ret qui hos, 17. & 20 ante ponebant
vt igitur ab his non ex toto recederet
eos inter decretorios numerauit, q̃
18 & 21 ex vera Galeni-mente, nõ ſunt decretorij. vero iſti non decernant ex Galeno,
ex eo eſt quia aut eſſent radicales,
aut intercalares, cum in his tota die
rum machina diuidatur apud Gale
num, ſed non ſunt radicales, cum nõ
diuidantur in circuitibus ſeptenariis
ac quaternariis, in quibus diuidũtur
qui radicales ſunt: nec ſunt intercala
res, cũ vt ex galeno ſupra adduximꝰ
tres tantum ſint, relinquitur ideo hos
ex vera Galeni mente non decer-
nere

[n]ere, ſed potius. 20. & 17, q̃ veri ſunt
decretorij cum intra ſeptimum, quaternariumq́ numerum finiátur hác
ſententiam vlterius confirmat gale
nus, cum libris de diebus creticis. 36
& 42. minime inter decretorios con
numeret: quod ſecus faceret ſi, 18. &
21. decernere ſtatuiſſet: cum iſti ex.
18. & 21. duplicato cõponantur, cõ
ſi, 18, 21. decernerent ſimiliter & . 36.
& 42. decernerent. Cum vero non
decernant relinquitur nec illos apud
galenũ decernere, ſed ſi quis obijciat Hipp. qui libro ſuo de creticis di
ebus, & primo epidemiarum: parte,
3 textu, 14. 21. decernere in morbis
ſcribat, dicam aliud eſſe diem eſſe de
cretoriũ, aliud decernere, diẽ eniz eſſe
decretorium dicimus, qui fræquen
ter ſolet de morbis decernere: cõ ſi
Hipp, aliquando eũ aſſerit decer

fit dies decretori⁹ nere, non frequenter, quod eſt ex deci cretici natura: ſed rariſsime euenire intellexit. Cum ſępiſsime vigeſimi, rariſsime vigeſimi primi meminerit: dicimus itaq; vigeſimum primum, & ſi aliquando decernat, vt de octauo, & duodecimo, & alijs non decretorijs ſolet contingere, nõ eſſe decretorium. Cum hoc frequenter non eueniat, & ita intelligendum de decimo octauo.

Quomodo Hip. ſit intelligendus circa diem 21.

¶QVARTA HYPOTHESIS decretorij dies, alij ſunt qui, ſolum decernunt, alij præter decernendi potentiam, ſimul indices, & contemplabiles ſunt?

Qui ſint dies ſdices ſeu contemplabiles

CONtemplabiles, & prænuntiatorij dies ſunt, qui iudicium alijs diebus venturum, prænuntiant, ac indicant. Qualiſq; ventura criſis ſit, alijs diebus demonſtrant: ſunt vero dies iſti, quaterni ari

qui

qui ſolent, criſes ſeptenis futuras in dicare. Ut quartus, ſeptimi index eſt undecimus, decimi quarti, decimus ſeptimus, vigeſimi, vigeſimus quar tus, vigeſimi ſeptimi & ſic de ceteris: iſti etenim quales future ſint criſes in ſuis proximis ſeptenis indicant. De quibus egit Hipp. 1. aphoriſ. apho. 12, & Galenus in comment. 2, 3, prog, contextu, 1, quare vero quaternarij omnes ſeptenorum indices ſint, licet cauſam Hipp ac Galenus, vt notã ſubticuerint, eam, ex phiſicis theore matibus adducere non grauabor: e tenim quartus dies medium eſt ſep timi diei, ſeptimus vero, finis eſt in quo qrtus vt medio conſiſtit: cum ve ro in medio ſemper ratio finis appareat, & finis affectiones in medio quodammodo luceant, ap pareant, & indicentur. Inde eſt, qd quar

Quare q̃ ternarij ſint ſep tenorũ indices.

quartus cum medium ſeptimi ſit vi
ci, ⁊ hac ratione ſeptimi, affectiones
in ſe quodāmodo repſentās q̇d ſepti
mo ſuo inq̄z fine euenturū ſit, iuſta ra
tione īdicat: qđ ⁊ de oībus aliis q̄ter
nariis, reſpectu ſeptenoꝝ, quoꝝ me
dia ſunt eſt intelligendum. Hoc ve
ro ex phiſicis preceptis verum eſſe
conſtat, ſi quis media transmutatio
num tam qualitatum, q̄ ſubſtantia
rum attendat, inueniet euidentiſſi
me ſuorum finium ad quos terminan
tur rationem: affectionesq; quodam
modo habere, ⁊ indicare: vbi enim a
liquid mutatur de frigido in calidū
in medio mutationis videmus mobi
le iam calidi, quod eſt finis illius mu
tationis naturam ſapere, ⁊ quodam
modo calidi affectiones repreſenta
re. Item vbi ex albo fit nigrum in me
dia mutatione album iam denudari
a ſua priori forma, ⁊ indui nigra vide

Quaternarii q̄ media ſunt ſeptenorū hac re īdicāt de ſeptenis & rationes naturales huius.

mus: taliter vt in medio obſcure nigreſcere inſpiciamus, idem de alijs qualitatum mutationibus liquet. Idem in mutationibus eſſentialibus notum eſt, cum alimenta quæ in propriam membri ſubſtantiam conuerti debent in medijs mutationibus naturam iam finis, id eſt carnis quodammodo habeant, & indicēt, vt patet de rore humiditate precedente carnis generationem, qui carnis formam aliquomodo repreſentat. Et de chylo q̄ in uenis meſeraicis in media mutatione obſcuram ſanguinis mutationem, ac indicationem preſefert, vt Galenus. 6. de placitis, & alijs in locis confirmat: quod euenit ex eo, q̄d mobile dum mutatur, nudatur a priori forma, & ſemper formę ad quam tendit veluti ad finem, affectionibus induitur. Ita ut in media actione multis

tum ſit a forma a priori nudatum, & ſic affectiones finalis formę maxime repreſentet, quod euenit eodem modo in natura, quę ſtatim a principio molitur pugnam aduerſus morbi, cauſas, eas ſuperare intendens. cum vero ſic ad ſeptimum, ut ad finez in quo morbum eſt iudicatura moueatur, in medio huius mutationis quod quartus eſt, eorũ quę ventura ſunt in ſeptimo affectiones repręſentat, & quid natura factura eſt in ſeptimo merito quartus vt ſeptimi medium indicat, & demonſtrat. Quod ſimul aduertere licet i vndecimo, reſpectu decimi quarti, & in decimo ſeptimo, reſpectu vigeſimi, eadem ratione, & ſic attendere expedit in alijs quaternarijs reſpectu ſuorum ſeptenorum quorũ media ſunt: quod luce clarius inſinuauit Galenus libro 2, de diebus creti Galen.

tis,capite.2,ſic. Hoc enim ſi tibi per
ſuaſſeris, ac inde experientia per di
diceris ſeptimo die criſem eſſe tutam
ſimul & perfectam, & ſine periculo,
notis præditam, & crebram, ad hęc ei
quæ decimo quarto euenit aſimilem
inſuper quartum diem, ſeptimi eſſe
indicem, vndecimum uero, decimi
q̄rti, ſubibit ſtatiꝫ d̄ ſeptimo cōſidera
re q̄ppiā: ubi eniꝫ p̄ma hebdomada
biſariā diuiſa q̄tus ſectionē recipiēs
q̄lis finis futurus erit p̄nuntiat, &
ſecūda ſimiliter, quomodo nō ē ſi inte
ligere ſeptimanā quamqꝫ, pfectā eſſe
periodum quandam, cum medium
ab utroqꝫ extremo ęque diſtet: &
propterea quoqꝫ ad ambo commeuni
onem ſimilem obtineat, naꝫ quartus
morbos qui, primo die non ceſa
runt, ſoluit: vndecimus, rurſus quos
ſeptimus non diſcuſſit: hęc galenus
per

perque verba clare demoſtrat hac ratione quartum, & ſimul iudicare, & indicem eſſe ſeptimi, quia ipſius medium eſt, & ſic habere in aliis qua ternariis eſt ſciendum. Ita cum qua ternarij media ſint ſeptenorum: viſis quaternariis: q̄d ſeptenis ſit ventur͞u n͞utiamus: nec ſol͞u q̄ternarij criſim ipſius ſeptenis ventur͞a indicant, ſed mod͞u criſis venture, & ſpeci͞e inſinu͞at verũ per fluxũ ſanguinis, ſiue e naribus ſeu vomitu: ſiue per hemorrhoidas aut m͞eſes eueniat, aut p vomitũ, vel ſudorem: vel alii fluxus, & ſic de ceteris euacuationibus: vnde ſi criſis per fluxum ſanguinis e naribus ſit ventura: in quarto ſimptomata fluxum ſanguinis indicantia apparere incipiunt, & ſi per uentrem, accidentia fluxum uentris indicantia in quarto initiantur, & ita ſi per ſudorem euenire debeat: ut ſi in quarto, quidam

Quaternarij n͞o ſolum criſes indicant, venturas i ſeptenis, ſed modum & ſpeciem criſis.

fulgoris motus oculis appareant. ⁊ obtuſiones etiam oculorum: ⁊ lachrimentur, ⁊ rubicundi ſint, ⁊ rubentia ante oculos uerſentur. Simul cum maxillarum, ⁊ narium rubore: ⁊ capitis dolores graues, tendentes, pulſanteſq;, ⁊ difficilis ſpiritus, precordiorum tenſio ſine dolore, merito in ſeptimo criſim per fluxum ſanguinis e naribus expectabis: ita ſi in quarto oris uentriculi morſus, ſimul cum capitis dolore, ⁊ uertigines appareãt ⁊ tenebroſa quedã oculis obuerſentur, ⁊ labrum inferius palpitet. Criſim per uomitum uenturam in ſeptimo iure predices: ubi uero e contra in eodem quarto deliria maxime moueãtur increſcente acceſsione, ⁊ partes exteriores calidiores: ac rubidiores extiterint, ⁊ uapor quidã calidus exeat qualis antea non aderat, ⁊ cũ his

Signa indicantia fluxum, ſanguinis enaribus.

Quæ indicent vomitũ venturũ

Quæ indicent ſudoré.

Que mẽſtrua dẽnotẽt.

Nullum datur ſignum criſium fluxus alui.

bis pulſus admodum mollis, & vndoſus fiat in ſeptimo ſudorem copioſũ attendes: vbi vero hoc die grauitas lumborum, eſſatu digna, & tenſio, & dolor affuerint, menſtrua in ſeptimo attendes: fluxionis vero per aluum inferiorem nullum eſt proprium quo poſsimus criſium predicere niſi ex aliorum defectu: cum enim ſigna criſis in quarto apparuerint, q̃liaſunt quę ex perturbationibus, & anxietatibus ſubitis ęgri deſumuntur, quę ſigna criſim à galeno p̃mo decriſib⁹ dicũtur & criſiz ãtecedere ſolẽt, vomitus vero ſigna nõ adſint, vel fluxus ſanguinis, vel ſudoꝝ: õnino criſiz p aluũ ĩferiorẽ ſpectabim⁹, ut inſinuat galenus. 3 d criſib⁹, cap. vltimo: eodem licet modo cõſiderare vbi hę oẽs notę finalijs quaternarijs appareãt, qui q̃ternarij criſium modos vẽturos ĩſuis

ſepte

ſeptenis indicabunt que ſimptomata ante citata indicantia ſpeciatim has euacuationes, ab Hipp. ſcribuntur in prognoſ. ita ſi æger moriturus eſt in ſeptimo, in quarto eadem ratione lethalia apparent ſimptomata: non enim ſolum indices ſunt quaternarij ſeptenorum de optimis iudicationibus, ſed ſimiliter de prauis, cum iudicationes fiant teſte Galeno comm. apho. ſeptimi. 5. prog. aut natura ſuperante morbum, aut ſuperata abeo ita galenus. 5. de criſibus, capite, 6, ſic age enim in quarto die viſa ſit primũ nebula in vrinis nigra, vel ſuſpenſio innatans nigra, vel tale aliquid huiuſmodi: ſint vero & õnino alia ſigna & accidentia pernitioſa. morietur q̃ dẽ õnino hic egrotꝰ, ſed ſi in īparibus q̃dẽ acceſſio facta fuerit ſeptimo die criſis accidet ſed obiter notandum,

qua

Quaternarij nõ de omnibus indicãt ſeptenis, ſed de proximis.

quaternarios non de omnibus ſeptenis nuntiare, ſed de his qui proximi ſunt, unde quartus non decimũ quartum, ſed ſeptimuʒ indicat, quia quartus ſeptimi, non decimi quarti, medium eſt, & ſic de alijs quaternarijs. Quare medicus hos dies cõtemplentur oportet, ut criſes qualiter futurę ſint agnoſcat, & predicendi artem in his aſequatur.

¶ QVINTA HYPOTHESIS SEPTENI NON SUNT INTEGRIS DIEBUS NUMERANDI, NEC QUATERNARIJ.

Septeni omnes nõ ſunt integris diebus numerãdi, nec quaternarij.

Hipp. ac Galenus nunq̃ ſeptenarios omnes diuictim, ac diſiunctim numerãdos, ſed aliquos copulandos ſcriptis mandarunt. Idem de q̃ternarijs ſcripſere, ita ut duæ primę ſeptimanę integris diebus cõſtarẽt

tertia

tertia vero nullo modo ſed decimus quartus qui finis eſt ſecũde ſeptimane, idem eſſet tertij ſepteni initium, ſicq; tertius ſeptenus in vigeſimum e non vigeſimum primum deſcende ret: eodem modo agendum in tribus a liis hebdomadis, ita vt vſq; ad trige ſimum quartum dies integra com putatione incederent, poſtea vero copulentur vt trigeſimus quartus ſit finis quinte ſeptimane, & initiũ ſexte ac quadrageſimum, & non quadra geſimũ ſecundum finiatur: qui nume randi ordo ita procedit.

1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.34.35.36.37.38.39.40.

¶ Eodem paſſu erit per quaterna rios incedendum, ut alij diſiuncti, a lij vniti numerentur ita ut idem ſit fi

Aa nis

nis primi, & initium ſecũdi hoc modo.

1.2.3.4.4.5.6.7.8.9.10.11.11.22.13.
14.14.15.16.17.17.18.19.20.

¶ Et ſic de ceteris vſq; ad quadra‑
geſimum, quem numerandi ordinem
Hipp. horum inuentor aſsignauit. 3.
prognoſt. textu. 4. ſic. Itaq; primus
impetus ſic finitur (in priori textu vi‑
delicet de quarto loquutus) ſecun‑
dus vero ad ſeptimum producitur,
tertius ad vndecimum, quartus ad
decimum quartum, quintus ad de‑
cimum ſeptimum, ſextus ad vigeſi‑
mum, hi ergo ex morbis acutiſsi‑
mis per quatuor ad viginti ex addi‑
tione terminantur: & textu ſexto ſic.
Poſtea vero eodem modo, & ea ipſa
adiectione prima circuitio quatuor,
& triginta dierum, altera quadra‑
ginta, tertia ſexaginta dierum eſt,
in

in quibus locis ſi quis iuſtam faciat computationem facile intelliget ſuperiorem numerandi ordinem a me aſignatum, hic aſignari ab Hip. Reddens vero rationem cur ſic computari habeant dies iſti textu. 5. eiuſdem libri ſic ait. Fieri vero non poteſt vt horum vllud integris diebus eximie numeretur, non enim annus, ac menſes integris diebus numerari apti ſunt natura: ratio vero potiſsima cur Hipp. ſic numerandum ſcripſerit fuit vt decimum ſeptimum vigeſimum, trigeſimum quartum, & quadrageſimuꝫ quos frequentius de morbis decernere multis experimentis confirmauit in libris epidemiarum, in ordinem ſeptenorum, & quaternionum redigeret, qui nullatenus redigi poterant ad quaternarios, & ſeptenarios, in

Ratio cur non ſunt dies integri numerādi.

quibus apud Hipp. vis iudicationis radicalis conſiſtit, ni tuncti numerentur: his regulis prehabitis, ac ad Hipp. & Galeni mentem enodatis creticos dies in medium proponamus: cum cretici dies ſint in quibus frequenter ſolent criſes: ac iudicia euenire, vt Galenus autor eſt, i. de creticis diebus, capite. 3. neceſſarium duxi prius de criſibus tractare, quam de creticis diebus.

## ¶ CAPVT QVINTVM DE CRISI & eius proprietatibus.

Quid ſit criſis.

CRiſis, ſeu iudicium morbi apud medicos eſt ſubita morbi mutatio ad ſalutem, vel ad mortem ſic diffinit Galenus. 2. apho. apho. 13. duo enim ſunt neceſſaria de ratione criſis primum mutatio morbi in alium ſtatum a priori ſecundum eſt quod talis mutatio fiat ſubito ac repen

pente mutetur morbus in alium ſtatum, quod indicat Galenus. 1. decretiis diebus, cap. te. 1. conſiſtit enim vera criſis ratio in ſubita ac repente facta mutatione, vnde mutatio ea q̄ in morbis paulatim fit criſis minime dicitur, ſed morbi ſolutio: quę criſis licet in acutis morbis frequenter eueniat qui ob materiæ tenuitatē ex qua oriuntur perſepe ſubitas, ac veloces has mutationes patiantur, nihilominus in chronicis morbis poteſt cõtingere. Qui morbi licet ex ſua natura motu tardo moueantur, attamen aliquando ex aliqua cauſa poſſunt ſubitam pati mutationē: quod Galenus dixit primo de creticis diebus, capite, 10. ſic quę poſt vigeſimū ad quadrageſimum ſuccedunt criſes paulatim vehementiā, efficatiamq́ remittunt, adeo vt qui, poſt quadra-

Quod criſis ratio in ſubita mutatione cõſiſtat

Morbi chronici poſſunt p criſes iudicari.

geſimum ſunt omnes prorſus langue ant, concoctionibus potius, & abce ſſibus, q̄ crisibus morbos finientes Accidunt in his quoq; per excretio nes iudicia interdum, ſed raro nec magnam habent vehementiam, & fre quenter pluribus diebus, iudicia complentur: quibus verbis Gale nus in chronicis morbis criſes aliq̄n do per excretiones venire ſcribit, quam deniq; rem Hipp. confirmauit qui primo epidemiarum, parte. 3. tex tu. 23. in hiſtoria cleonactidis ſic ſcrip ſit, die ſeptuageſimo febris intermi ſsit decem dies, octogeſimo riguit, acuta febris inuaſit, multum ſudauit prorſus iudicatus eſt, quo textu cleo nactidem: qui iam morbo afficiebatur chronico, ſudore copioſo iudicatum fuiſſe ſcribit: eueniũt itaq; criſes in a cutis frequẽter, in chronicis vero ra

Hipp.

ro,

ro, cum iſti potius concoctionibus, quam criſibus finiantur: talis criſis fit natura ſeparante a bonis mala, ac ad excernendum præparãte. Sic galenus 2. apho. contextu. 13 hæc quadrupliciter in morbis euenit, aut enim ſubito ad ſalutem, aut ſubito ad mortem, aut ſubito ad melius paulatim ad ſalutẽ aut ſubito ad deterius paulatim ad mortem. Unde quadruplex criſis genus exiſtit quorum primum criſim optimam appellamus, ſecundum criſim prauã, tertium criſim imperfectã ad melius: quartum criſim imperfectam ad deterius, hoc tetigit galenus 3. de criſibus capite 1. & 3. prognoſt. contextu. 1, hanc criſim conſtat duobus modis cõtingere, aut euacuatione, aut abceſſu, euacuatio aut per uẽtrem fit, aut vrinam, aut vomitum, aut ſudorem, aut fluxum ſanguinis

Quadruplex criſis ſpecies.

Criſis duobus præcipue modis fit.

ſiue enaribus,ſeu vtero,ſiue ano, abceſſus ſit humore depulſo anatura aut ad infimas,aut ſupernas partes his omnibus modis eueniunt criſes, euacuatio vero quę incriſi ſit debet eſſe completa, ac maxima, nam quę parua:ac imperfecta eſt mortem inducit cum ſignificet naturam agreſſam fuiſſe humoris propulſionem at tamen ob languorem defeciſſe quod ſcripſit Galenus,1. porrethicorum, parte,1,contextu,1, vbi ſanguinis enaribus ſtilicidium damnat,ac inter pernitioſa ſigna commemorat, cum denotet naturam aggreſſam ſanguinis eductionem ob imbecillitatem cecidiſſe. Quod confirmat 1, epidemiarum parte,1,contextu,18.in hiſtoria philiſci qui,cuꝫquinto die ſanguinem enaribus ſtilauerit,mortuus eſt ſexto,in commt,Galenus hanc dam

Euacuatio debet eſſe maxima vt optima ſit criſis.

Sanguinis ſtilicidium pernitioſum.

nat euacuationẽ, ita & ſudores quoq; qui ceperunt, ſed protinus ceſſauerũt praui ſunt, deiectiones item, & quæ, per ſanguinis eductiones, vel in mulieribus per vterum vacuantur, omnia ſiquidem hęc deteriora his ſunt quæ nullo apparent pacto ſi vbi ceperint, ceſent: ita abceſſus qui in criſibus fiunt inſignes, ac notatu magni eſſe debent. Huius rei Galenus autor eſt, 1, de diebus creticis capite, 1, & 3, de criſibus capite, 2, quibus in locis abceſſibus inſignitus, ac ſtatu dignis iudicia fieri, debere dixit: qui vero parui ſunt ac nõ pro morbi magnitudine hi pernitiales exiſtunt qđ Hipp, indicat 1, porrethicorum parte, 3, textu, 65, ſic paraplegicis parotides vitioſæ, quo textu parotidas, (quę ſunt abceſſus poſt aures) vitioſas paraplegicis dixit quoniã ſunt ab

Abceſſus in criſib9 debẽt eſſe inſignes.

abceſſus minores q̃ꝫ morbus expo
ſtulet quod Galenus in commt, ex
poſuit ſic. Ego autem non ſimplici
ter dixerim malum ſignum eſſe ſuper
uenientes paraplegicis parotidas,
ſed q̄ð is abceſſus morbo minor ſit
referre fuerit ſatis: conſtat ſiquidem
ex Hipp. Abceſſus bonos eſſe, qui
pro iuſta morbi ratione ad inferas
corporis partes de voluuntur, qua
re hoc dumtaxat per uitioſum pronũ
tiare non ſatis erit: quo in loco eos
damnat abceſſus qui morbo mino
res ſunt, ac non ſunt ex morbi iuſta
ratione hac q̃ꝫ re paraplegicis paro
tidę vitioſę ſunt, qm̃ hę partiũ reſolu
tiones melius p maximos abceſſus,
& ad inferas partes deuolutos finiri
ſolẽt, q̃ꝫ per parotidas, cuꝫ parotidę
ſolũ in capitis affectionibus, & coma
toſis affectibus prodeſſe valeant, vt
ga

Galenus ſerio ſcripſit 3. de criſibus capite 3. & 7. & Hipp. 1. porrethicorum, parte 3. a textu 59. vſq; ad textum 74. in his enim affectionibus comatoſis, propria ac commoda criſis parotida eſt, minime vero ſimpartiũ reſolutionibus, ſolent ſimiliter criſes per profundiorem ſomnum emergere iudicio Galeni qui, 3. prognoſt. comment. 1. pueris tantummodo per ſomnum altiorem, ac longiorem celeres in melius iudicationes euenire aſeuerat, tribus itaq; modis criſes ſuccedunt morbis, aut euacuatione, maxima videlicet, & copioſa, aut abceſsibus effatu dignis, aut ſomno longiore: preterea criſes q̃ ut proſpere ſuccedant, his dotibus inſigniri debent, vt prius p euacuationẽ q̃ p abceſſuz fiat, ſecũdo q̃ talis euacuatio ſit humoris noxij, tertio q̃ recto fiat

Parotides ſolũ prodeſſe ſolẽt in capitis affectibus ex Galeno.

Condi tiones optimæ criſis.

fiat tramite, quarto ꝙ cum conferentia, ac tolerantia fiat, quinto qđ ipſa ſigna coctionis præcedant, ſexto qđ in die eueniat decretorio quę etenim omnes has habuerit dotes perfectiſsima criſis erit, cui ſi aliquid deſit, vel plura, nec optima, nec exquiſita fuerit iudicatio: hæc ſunt quæ decriſibus breuiter notanda decreuimus.

¶ CAPVT SEXTVM VBI dierum creticorum in acutis numerus, ac dignitas ad ducuntur.

Lector in hoc quinto capite libri primi de diebus creticis attendere expedit eſſe mēdam in codice

RESTAT vt criſimos dies apponamus, incipientes ab his q̄ vſq; ad vigeſimum iudicant & poſtea ab his qui, vſq; ad quadrageſimum decernunt quo ordine & reliquos proſequemur.

¶ DIES QVI IN ACVTIS ad vigeſimum iudicant, hi ſunt.

3, 4, 5, 7, 9, 11, 14, 17, 20,

¶ Hi ſunt quos Hipp, & Galenus ſuis libris celebrarunt multaſq; & tutiſsimas criſes his diebus ſepiſsime euenire memoriæ prodiderunt, verum iſti non æquam in decernēdo dignitatem ſortiuntur, nã ſeptimus omnium primus, ac efficaciſsimus eſt, inde decimusquartus, poſtea nonus, vndecimus, & vigeſimus, qui parem in decernendo dignitatẽ habẽt proximi his ſunt decimus ſeptimus, & quintus, poſt hos ſeq̃tur q̃rtus, ĩ poſtremo loco tertius ſtatuitur, quem dierum ordinem Galenus inſinuat. 1, de creticis diebus, capite, 4, & 5. tertius vero, quintus, ac nonus acceſsionis vi decernunt, reliqui a natura decernendi vim ſuſcipiunt, vt poſtea iudicabimus, ac radicales exiſtunt, alij vſq; ad vigeſimum non ſunt decretorij excepto decimotertio, qui medius inter

latino ã dernaci nam vbi ande ina cus dicit prope, hos vero decimus tertius ſic eſt legẽdũ. Prope hos vero decim9 ſeptimus ſic enĩ græce apud Galenũ ſcriptũ ẽ, cũ decimus tertius nõ ſit, ẽ creticus apud galenũ,

13. medius iter decernẽtes & nõ decernentes.

ſnter hos ſtatuitur, inter eos videlicet qui decernunt, & eos qui non decernunt, ita vt infimus ſit omnium decernentiũ, ſupremus vero non decernentium: ſextum vero, & ſi decernere Galenus dicat, non aſignamus inter decretorios, quoniam decretorij dies hoc ſibi peculiare habent, vt criſes in ipſis euenientes tum ad ſalutẽ tum ad mortem finiantur, ſextus, cũ ſemper ad mortem iudicia ſubeat, inde non eſt inter decernentes annumeratus: cur vero prima: & ſecunda dies nequaq̃ȝ ſint iudiciales, nec in ipſis vnq̃ȝ fieri criſes Hipp. & Galenus ſcriptis mandarunt, & nos e crebris experientijs compertum habemus ferrerius cauſaȝ huius rei ſtatuit, propter vnitatum confuſionem quæ prima & ſecunda die fit, nos hãc rationẽ inutileȝ reputamus, cum inter

6. Quare nõ decretorius.

Q̃uare prima, & ſecunda dies non decernũt.

tertia, ⁊ quarta, ⁊ alijs diebus ſimi-
liter fiat, ac in prima, ⁊ ſecunda die
vnitatum confuſio. Ex quo apparet
inſcienter loquutum: nos vero hac de
re minime criſes in his diebus appa
rere dicimus, quia natura prima, ⁊
ſecunda morbi die maxime ſit a mor
bi cauſa moleſtata, ac oppreſſa. Unde
qꝫ nequit his diebus humorem ſupe
rare, coquere, ⁊ ſecernere, ⁊ ſic criſiꝫ
⁊ iudicium morbi facere: cum natu
ra non iudicet ni prius morbi cauſas
ſuperauerit, concoxerit, ac ſeparaue
rit quas nequit prima, ⁊ ſecunda die
bus ſuperare cauſis aſſignatis: ⁊ hãc
exiſtimo huiuſce rei verã eſſe cauſaꝫ.

¶ DIES DECRETORII QVI a vigeſimo, ad quadrageſimum decernunt in acutis hi ſunt.

24. 27. 31. 34. 37. 40.

¶ Qui

¶ Qui talem inter ſe decernendi or dinem ſeruant: vigeſimus ſeptimus, omnium efficaciſsimus, poſtea quadrageſimus dein de trigeſimus quartus, poſtremo loco vigeſimus quartus exiſtit, inter omnes mediam obtinet naturam, trigeſimus ſeptimus.

¶ DIES QVI A QVADRAGESIMO, ad finem vſq; iudicant in acutis.

60. 80. 100. 120.

¶ Quos breui hac tabela perſtringimus, vt ſtudioſi facile eorum numerum adiſcerent.

¶TABVLA NVMERVM CONtinens omnium dierum decernentium in morbis acutis.

| Dies qui ad vigeſimum, in acutis iudicant. | Dies qui a vigeſimo ad quadrageſimum in acutis iudicant. | Dies qui a quadrageſimo ad finem in acutis iudicant. |
| --- | --- | --- |
| 3 | 24 | 60 |
| 4 | 27 | 80 |
| 5 | 31 | 100 |
| 7 | 34 | 120 |
| 9 | 37 | |
| 11 | 40 | |
| 14 | | |
| 17 | | |
| 20 | | |

TRapezienti tabela mentionē fecimus tertij, quinti, & noni, quos eſſe intercalares ſolum, & acceſsionis vi decernere ſupra diximus: in quo loco licuit nobis notare Franciſcū valleriolam medicum doctiſsimum, qui libro. 3. de locis communibus rei medicę, capite. 7. vbi de iudicialibus agit diebus, inter intercalares preter tertium, quintum, ac nonum, numerat & ſextum, & duodecimum, verū ſalua uiri pace maxime labitur, cum duodecimus non ſolum apud Galenū primo epidemiarum parte. 3. contextu. 14. non ſit intercalaris, imo minime decernat: ſi igitur duodecimus non eſt decretorius, non erit intercalaris, vt falſo valleriola ſcripſit: cum intercalaris debeat eſſe decretorius

Notatur valleriola.

hoc

hoc idem de ſexto eſt intelligendum. Nam ſi ratio intercalaris ab acceſsione dependet, vt ſupra meminimus. Et in his diebus non poſsint acceſsiones prorrumpere, relinquitur hos minime eſſe poſſe intercalares, preterea quod Galenus tres ſolum intercalares numerauit vt ex ſuperioribus innoteſcit, videlicet tertium, quintum, ac nonum, et non alios. Cum vero ſatis diſputauerimus de numero, ac dignitate dierum creticorum, reſtat vt eorum, in morbis certam, minimeque falacem numerationem habeamus, perfecte exquirere quod ſit morbi vniuſcuiuſque principium, a quoque morbi die incipiendum nobis eſt numerare. Nam hoc incognito difficile, ac ipoſsibile iudico, dierum creticorum cognitionem poſſe.

noſ integre aſſequi: nam qui fieri po
teſt vt incognito morbi principio, nos
poſsimus dignoſcere qualis morbi
tertius, aut quartus, ſeptimus, aut
decimus quartus ſit dies: hoc pul-
Quod ſit verum morbi princi-pium. chre indicauit Galenus primo de die
bus creticis, capite. 6. vbi id eſſe mor
bi principium ex mente Hipp. con
ſiderandum ſcripſit ad veram horũ
dierum numerationem, nõ quo quis
capite dolet, aut cibos auerſatur, ſeu
Galen. laſsitudinibus detinetur: ſed quo fe-
bri manifeſte correptus, & hac vere
impotens ad publica, & ciuilia mu-
nia exercenda, nequit pedibus conti
neri, ſed in lecto decumbit nec ad
hoc multum valere qđ vna, vel dua-
bus horis latuerit verum morbi prin
cipium ad veram dierum computa-
tionem Galenus eodem. 6. capite,
confirmat ſic, Putemus itaq; inuaſi

ſſe

ſſe hora decima, ſit autem verum ini
tium, quod non decima, ſed hora no-
na contigerit. Quid hoc ad dies de
cretorios ſic Galenus in quo loco pa
rum ad diei cretici computationem
agere, qđ vna hora vel plus latuerit
morbus indicat: quod ex Galeni mo
numentis nobis exaratum reliquit
Paulus libro. 2. capite. 3. cuius ver Paulus.
ba hic ſubijcere volui quę tali verbo
rum ſerie leguntur: neq; ſane capi
tis dolores, & febres idem ſunt, ſicuti
nec vigilia, a cibisq; appetitus auer
ſio, & vniuerſi corporis grauitas aut
laſsitudinis ſenſus: ſed vnum quodq;
horum a febre diuerſum quippiam e
xiſtens, eandem tamen præſagit. Fe
bris dum quempiam inuadit, præſer
tim acuta, neq; nos latere, neq; quē
q; vel imperitum poteſt. eſto autem
ſi videtur qđ lateat: mirabor vtiq; ſi

diutius hora laborantem latuerit. Proinde illud tempus principium morbi appellemus, cum iam manifeſto febrire orſi: decubuerint, quo loco apertiſſime ex Galeno inſinuat, morbi initium a febris initio debere nos attendere, ⁊ ab eo, debere nos dies creticos certa computatione notare: vnde merito ablegandos medicos illos eſſe admoneo, qui in horum dierum numeratione, non eſſe integros dies naturales videlicet viginti quatuor horarum attendendos, ſed aquolibet die horas aliquas demendas eſſe aſtruunt: quorum quidẽ inconſtantia, ⁊ dogmatis falſitas, vel ex hac potiſſimum ra[ti]one euellitur: nam ſi demus illis duas horas aquolibet die eſſe tollendas, poſſemus nos e noſtro arbitrio vel vnam vel alias duas detrahere, cum nulla

Notantur qui ad creticorum numerationes aliquas horas demendas eſſe aſtruunt.

ratio magis cogat hoc, q̃ȝ illud, ⁊ ſic videtur nos nullam dierum certam notitiam habere poſſe. Et ita tota de diebus creticis doctrina corruet, certiorq́ȝ, ⁊ minime fallax eorũ ſententia eſt, cui ego lubens accedo, quæ tenet integros eſſe dies a prima febris inuaſsione numerandos pro horum dierum computo, in qua re veriſsima confirmanda non multum immoror, quam ſcio ſerio ſatis, ⁊ ſubtiliter (vt aſſolet in omnibus) a doctiſsimo, et nunq̃ȝ ſatis laudato Franciſco valleſio complutenſi profeſſore medico, meo olim in re medica dilectiſsimo condiſcipulo, libro. 10. ſuarum controuerſiarum, capite. 2. eſſe validatam.

Laudatur Frãciſcus valleſiꝰ.

## CAPVT SEPTIMVM DE DIebus creticis in chronicis morbis.

Poſtq̃ȝ de acutorum iudicationibus a nobis eſt longus habitus ſermo, reſtat vt paucula de chronicis morbis agamus, vt acuti morbi ſolent frequenter per impares dies moueri, & ſic per impares iudicationes, & terminationes nanciſci, cauſis ſuperius tactis: ita & chronici, ſeu longi morbi ſolent perpetuo per pares moueri, & iudicari dies. Cuius ratio potiſsima eſt, quia chronici, & antiqui morbi, ex pituita, & melancholia præcipue fiunt, qui humores ſolent ex ſua intrinſeca vi moueri per pares dies, quemadmodum bilis per impares, vt liq̃t de quartanis febribus, quæ ex melãcholia fiunt: & hac vere de quarto, in quartum eueniunt, & de quotidianis febribus quę ex pituita oboriuntur, & de

Chronici morbi perpetuo p̄ pares dies mouẽtur.

de die, in diem motuꝫ hac ratione ha
bent: mouentur itaqꝫ ex ſua vi melã
cholia, ⁊ pituita per pares dies, bilis
vero, per impares cum vero morbi
longi ex pituita, ⁊ melancholia qui ꝑ
pares moueri ſolent dies, naſcantur:
inde iure euenit, vt ab Hipp. 1. epide
miarum parte. 3. textu. 13. chronicos
morbos per pares moueri dies ſit ce
lebratū, ⁊ a Galeno in. 2. ⁊. 1. de die
bus creticis: dies vero in quib⁹ chro
nici, ſeu longi morbi ſolent iudicia ſu
bire, ⁊ terminationes ſuas nanciſci
tales ſunt, quos Hipp. libro. 1. epide
miarum parte. 3. textu. 14. ſcripſit, ⁊
notauit, primus videlicet quartus di
es eſt, deinde ſextus, poſtea octauus,
decimus: decimus q̄rtus, vigeſim⁹
octauus, trigeſimus, 48. ſexageſi
mus, centeſimus, in hiſ itaqꝫ diebus,
morbos chronicos frequentius iudi
cia

Ratio cur chronici per pares mouẽtur.

cia ſubire loco citato Hipp. notauit, qui maxime in chronicis morbis obſeruandi veniunt: preterea ſciendũ in intermittentibus, ſeu interpolatis febribus aliter iudicationes euenire, ac in continuis febribus, cum in intermittentibus criſes, non per dierum ſeptenos, ſed per acceſsionũ hebdomadas fieri ſoleãt ita vt quẽadmodũ in cõtinuis febrib9 ſolẽt iudicia 1. 4. 5. 9. vndecimo, & decimo q̃rto, & ſic de alijs criſimis diebus erumpere, ita per intermittentes fiunt iudicia in quarta acceſsione febris, aut quinta, aut ſeptima, aut nona, & ſic de cæteris: ita vt qualis eſt in continuis dies, talis ſit in intermittentibus exacerbatio. Hoc notauit Hipp. 1. Epidemiarum, parte. 1. textu. 17. ſic præterea errantes febres quartanę quintanę, ſeptimanę, & nonanę quibus iudicentur circuitibus conſide

Intermittentes febres p acceſsiones iudicari.

randum, Galenus in contextu ſic.
Non enim ſunt dies primi attenden-
di, neq; iſto ordine numerandi ſim-
pliciter, ceterum acceſsiones, vt ille
de exquiſita tertiana in aphoriſ. dixit
Exquiſita tertiana ſeptenis circuiti
tibus vt longiſsimum iudicatur: nã
vt hæc ſeptenis circuitibus iudicatur,
eadem ratione alia nouenis circuiti
bus, alia vndenis, atq; ita deinceps
pro numero decretoriorum dierum,
ac de quartanis eadem eſt ratio. Vn
de in libro preſagiorum ait fit autem
quartanarum etiam ſtatus hoc ordi
ne: quod clarius Hipp. & Galenus
expreſſere prog. 3. textu, & commt. 8.
ſic. Quartanę quoq; conditio ex eo-
dem coſmo, ſeu ordine eſt, galenus ſic
vt eniz p febres cõtinuas numeramꝰ
oẽs deinceps dies in pẽſentionẽ futu
rę iudicationis, ita p intermittentes
ad

adnotationes, vt qđ per continuas ſeptimus dies valet, id, per intermittentes ſeptima circuitio pręſtet, obid igitur exquiſita tertiana ſeptem circuitibus, non diebus ſeptem, iudicari natura ſolet quin etiam qđ quartꝰ dies a principio numeranti aduerſuſ ſeptimum eſt, id quarta circuitio aduerſus ſeptimam, circuitionem, quartus enim dies ſeptimi index eſt, & item quarta circuitio ſeptimæ eſt index: actis his, quæ ad potentiam, & numerum dierum creticorũ cognoſcenda ſatis eſſe comperimus ſupereſt vt de ipſorum cauſis diſſeramus.

## ❡CAPVT OCTAVVM IN-
quo de cauſis dierum criſimorum agitur, & refelitur Auerrois opinio de hoc.

Criſimorum dierum cau
ſas multi non ſolum me-
dicorum, ſed aſtrologo
rum eximij explicare ſūt
aggreſsi: alij eniʒ ſibi ꝑ
ſuaſſum habentes horum dierum or
dinem, minime ad inordinatam, va
gantem, ac permutabilem ſubluna-
rem molem redigi poſſe, ad cęleſtes
cauſas, lunęqʒ pręcipue motum con
fugere, vt galenus, ⁊ aſtrologi, alij
qui ſenſibiliores extitere, depoſitis e
thereis, ac ſuperioribus cauſis, vni-
uerſam horum dierum machinaʒ ad
inferiores cauſas naturę videlicet, ⁊
humorum proportiones reduxerunt
vt Auerrous: alij numerorum potē
tiam celebrantes, ipſos dies creticos
ad eorum, efficaciam, ⁊ potentiam,
reduxere, vt ferrerius: Auerrous
enim ſenſit, morbos in hoc, aut illo
die,

die, potiusq̃ in alijs iudicari, non ex cœleſtibus corporibus, ſed ex propor tione agentis ad id, quod patitur con tingere. Cuius ratio hæc fuit præci pua: toto morbi tempore ẽ inter mor bi cauſam, & virtutem lis quędam (q̃lis inter naturales cauſas eſſe cõ tingit) finis vero huius litis eſt vic toria naturę ſupra morbum, aut mor bi ſupra naturam, ita vt vincente na tura criſis optima, vincente vero mor bo, criſis praua ſuccedat: quo igitur tempore aut morbus naturam ſupe rauerit, aut natura morbum, eo tem pore criſes euenient, & his potius die bus q̃ alijs, iudicia contingent: quę opinio & ſi probabilitatem aliquam preſeferat, minime vera eſt. Quoniã neceſſario ex hac ſequeretur quemli bet diem eſſe decretorium, cum quo libet morbi die poſsint etiam de na tu

Opinio auerrois

Refellitur auerrhois.

ture in ordine ad morbum proportio nes ex maiori, & minori materiæ mole, & ex exactiore, & hebetiore ꝯtutis & pelētis ſēſu, & ex maiore aut mino re eius potentia: cũ itaq; hęc opinio ab Hipp. dies obſeruatos euertat, minime veram exiſtimamus.

¶ CAPVT NONVM IN QVO O-pinio ferrerij medici toloſatis cum ſuis prī cipijs adducitur, & impugnatur.

IAm ad aliã opinionem refellendã accedamus, ferreri⁹ quidã qui pythagoram, ac eius ſectę æmulos iterũ ad mortales euocauit, ſic vt ipſum nouum pythagoram appellare licuerit. Tantum numerorum virtutem eſt celebratus, vt ipſos dies creticos ad horum efficientiam redege

Opinio ferrerij medici toloſatis.

degerit: qui vt huius nouæ opinionis monſtrationem, ſi qua eſt, aferret, numeros vim maximam agendi: ſeu immutandi hęc inferiora habere, conſtanter aſſeruit: adducens pithagoricos aſſerentes numeros non ſolum agentes cauſas eſſe, verum ſubſtantias item platonem in epinomide, & parmenide, quibus locis tantum numeris tribuit, ut eos inter agentes cauſas maximam vim obtinere affirmarit: ſic enim a platone in parmenide ſcriptu3 eſt: inter omnes liberales artes, & ſcientias contemplatrices pcipuam, maximeq3 diuinam eſſe ſciētiam numerandi, querens item cur homo animal ſapientiſsimum ſit, reſpondet quia numerare nouit, quę vera nullo modo eſſe poſſunt, ſi per numerandi ſcientiam eam intelligat: cuius nunc mercatores in primis ſunt, peri

Pithagoricorum ſententia de numerorum actiuitate.

peritiſsimi, quod ⁊ Plato teſtatur exerta nos admonẽs voce ne diuinã hanc arithmeticam, mercatoriaꝫ eſſe arithmeticam intelligamus, hęc itaꝗ ſententia Platonis eſt circa numerorum vim. Hanc platonis de numeris ſententiam ex libris ſuis ſcripſimꝰ ad maiorem confirmationem opinionis ferrerij, licet eam non adduxerit ferrerius: quibus grauiſsimorum virorum authoritatibus poteſt ſibi perſuadere ferrerius numeros agendi virtute frui, (vt ipſe opinatur) ac creticorum dierum cauſas numerorum: quibus reſpondẽt vi initi cuius opinio ſic digeritur quibuſdam ab eo regulis præpoſitis.

¶PRIMA REGVLA ACVTI morbi ad impares tendunt dierum numeros & inter hos præcipue ad ſeptenarios, & nouenarios circuitus.

PRimam huius regu-
lę partē, ꝓbat Hipp. &
galeni teſtimonijs ſecū
dā ſic demoſtrat, oēs
numeri denario clau
dutur, vt ſi qͦd vltra hūc numeres rei
teres verius vnitatē in ternarium, bi
narium, & cęteros, quā nouam compo
ſitionem aggrediaris: impares vero
qui denario clauduntur omnes vel
quinarium, vel ſeptenarium, vel no-
uenarium componunt, ipſe vero qui
narius nouenarij etiā eſt pars, terna
rius vero, quinarij eſt pars, reſtant
ſeptenariꝰ, & nouenariꝰ, ab alijs cō
poſiti, ipſi vero nullos alios cōponē
tes: colligit ideo dies creticos ad ſep
tenarios, & nouenarios circuitꝰ natu
raliter ꝓcedere ſcilicet naturaliter dicit, cō
plerumq; aut propter materię violē
tiam, aut ęgrotantis virium imbecili

tatem, aut aliis de cauſis in horũ numerorum partibus, quales ſunt ternarius, q̇narius, qui ꝑtes ſunt reliquoꝝ hęreāt, ⁊ finiantur: pro cuius probatione aliam deſcribit regulam ſic.

¶PARTES INTEGRORVM numerorum videlicet ſeptenarij, & nouenarij, quales ſunt quinarius, qui nouenarij eſt pars, & ternarius, qui quinarij, per fectionem quandam in ſe habent vicinam perfectioni numeri cuius ſunt partes.

Hęc cauſa eſt vt pleruncq̃ morbi, qui naturali ſuo motu ad ſeptenarios, nouenarioſq́; de ferebantur in tertianis, quaternarijs quinarijs ve, conquieſcāt. Quo ex integrorum quos cōponunt, natura ꝑfectionē, potētiāq́; illis ſimilē adipiſcantur: hacq́; ratione dies creticos ꝑ ſeptenarios, ⁊ nouenarios circuit⁹ euenire, aut ꝑternarios ⁊ q̇narios, qui

hoꝝ partes ſunt: ſolūq; ꝑ hos circuit⁹ diſtribuit omnes creticos dies. Et in prima ſeptimana criſis aut in ſeptimū ad quem naturaliter tendit, aut in quartum, qui ſeptimi pars eſt, ſucce dit, ita in prima ęnneade, ſiue nouena rio criſis aut ad nonum naturaliter tendit, aut ad quintum, qui nouena-rij pars eſt, aut ad tertium: qui quina rij: finita prima ſeptimana, ⁊ prima ęnneade, eundem rurſus partium or dinem auſpicatur, ⁊ ſequitur: vt in ſe cunda ſeptimana vndecimum ſtatuit decretorium vt pote a ſeptimo quar-tum, ⁊ decimum quartum, quia ſepte nus, in ſecunda ænneade duodecimū recenſet decretorium, quia tertius a noueno eſt, ⁊ decimum quartum, q̄a quintus a noueno, ⁊ decimuz octauū quia nouenarius, in tertia hebdoma dę decimum octauum ſcribit decreto rium

riuꝫ,quia quartus eſt a decimo quarto,& vigeſimum primum, quia ſeptenarius eſt,negat enim Hipp. & Galenum mentem circa ſeptimanarum numerationem,cum eas non eſſe copulandas aſtruat:finitis tribus ſeptimanis,& duplici enneade, diē vigeſimū tertium decretorium confirmat,quia quintus a ſecundo nouenario eſt,mox et vigeſimum ſeptimum,quia nouenarius,deinde trigeſimum, quia tertius a noueno,& trigeſimum ſecundū quintum a noueno,& trigeſimum ſextum,quoniam nouenarius,& trigeſimum nonum,tertiuꝫ a noueno,& .41. quintū a noueno,&.45.nouenarium videlicet,atqꝫ hic ſtat ut communeꝫ finem enneadum pro morbis acutis: ex ſerie ſeptenorum conſtituit vigeſimum quintuꝫ decretoriuꝫ,quia quartus a tertio ſeptenario eſt mox vigeſi

mum octauum, quia ſeptenarius, deinde trigeſimum ſecundum, quartuʒ a ſeptenario, ⁊ trigeſimum quintum qui ſeptenus exiſtit, eodem modo ⁊ trigeſimum nonum, ⁊ quadrageſimū ſecundum, quadrageſimum ſextum, quadrageſimum nonum, in quo omnium ſeptenorum pro morbis acutis finem ſtatuit: hęc eſt opinio ferrerij medici pythagorei, quæ licet ſubtilis ſit ac ingenij acumine nimium poleat, quia in plurimis ceſpitat, hac re eam ſic repudiamus. Naʒ hęc opinio innititur actiuitati numerorum: quam ita detestātur pipatbetici, ac eorū pinceps ariſtoteles: vt libro. 13. methaficice academicos oēs pythagorā videlicet, Platoneʒ, ac eorundē ęmulos reprehendat, maximisqꝫ, ac euidentibus monſtrationibus inſinuet, numeros nullaʒ virtutem agendi habere. Nec ſub

Impugnatur ferrerius.

ſubſtãtias eſſe ſepatas, nec agẽtes ca uſas: qđ ṗter oẽs prime philoſophie libros, in q̄bus contra hos diſputat, a cerrime ĩdicat libro đ cathegoriis, ca pite đ q̄ntitate, vbi numeros ſub hoc genere colocat, atq3 eos ſub diſcreta q̄ntitate cõſtituit: ſic eni3 extrahi po teſt ratio ab ipſo ariſtotele ad ꝓban dũ numeros nil agere, q̄ vna huius vi ri machina ruit: na3 numeri nõ ſunt a rebus ſeparati ſed potius reb9 ipſis inexiſtũt, qđ probat ariſtoteles libro ſupra citato vbi pythagora3 taxat; q̄ dixerit numeros eſſe ſepatos modo cũ rebus ipſis inexiſtãt, non ipſarũ rerũ ſubſtātie ſunt ſed potius accidẽs: cu3 itaq3 rei cui inſunt minime ſint ſubſtā tie, ſed accidens, ⁊ oẽs rei operatio nes prouenīãt a ſubſtantia, ⁊ natura rei dixit enim Ariſtoteles naturam eſſe principium motus, ⁊ quietis. ⁊c.

Numeri nullũ agendi virtutẽ habent

Ariſtoteles.

Ratio quedã.

Videtur qꝺ numerus in rebus nil agere poſsit, cum accidens ſit, ⁊ non ſubſtantia rei: hoc reſpiciens Galenꝰ libro. 3. de diebus creticis, capite. 8. eorum ſententiam impugnat, qui dies creticos ad numerorū actiuitatē reducebant his verbis: at ſi dierum numerus ipſe decernendi facultatē haberet, non frequenter diebus imparibus, raro paribus, verum continuo imparibus, nunq̃ paribus, de acutis morbis iudicia fieri oporteret: neq; enim ſeptimi, vel quarti, numerus criſis author eſt, quippe mutationes nō numeris, ſed lunę terrena debēt. At cum in motu mutans conſiſtat, tempus mutationibus neceſſario conſūctum eſt, quare etiam ⁊ numerus neceſſario. non igitur qꝺ omnis par numerus fœminam, impar maſculum referat, acutorum iudicia in imparibus die

Galen.

diebus eueniunt, neq; enim impar, pari, abſolute fortior eſt; nec ſi fortior etiam femininus imbecilior, nec ſi fę mininus quidem hic alter vero maſculus ſit, acutos morbos in maſculis diuturnos in femininis iudicari, rationi conſonum eſt. Omnia ſiquidem q̄ de numerorum virtute nugantur, tā facile abſurda eſſe cognoſcimus, vt mihi ſubinde mirari ſubeat pythagoram illum tam ſapientem virum numeris tantum tribuiſſe: hęc Galenus quam ſententiam iteruz deſcribit eodem libro, capite vndecimo, reſtat adhuc vnum hoc admonenduz numeroſam hanc dierum turbam ab hiſi numerorum circuitibus pendentem, cum Hipp. & Galeni doctrina ex dia metro oppugnare: tantum abeſt enī vt hi in decretoriorum loco duodecimum habeant, vt ipſum inter decernē

tes

tes non tolerauerit quod inſinuauit Galenus primo decreticis diebus, & 1. epidemiarum parte. 3. textu. 14. quibus locis duodecimum nō eſſe decretorium demonſtrant: quez hic aſtruit preterea decimum octauum, & vigeſimum primum, decretorios aſtruit, quos ex vera Galeni mente nō decernere, ſupra indicaui. Item vigeſimū octauum, trigeſimum, trigeſimum ſecundum trigeſimum quintum, trigeſimum ſextum, trigeſimum nonum, quadrageſimum primum, quadrageſimum ſecunduz, quadrageſimuz ſextuz, quadrageſimum nonum, & alios huius generis iudicantes hec opinio habet, quod eſſe Hipp. galeno q̄z aduerſum, ex horum doctrina liquet: docuimus iam oēs ferrerii hypotheſes quibus numerorum efficaciam probare conatus eſt ilegitimas eſſe, ac in

omnibus exorbitare. Quod vltimo
Pici mirandulani teſtimonio irroteſ
cit, qui libro. 6. diſputationum Aſtro
logicarum, capite. 3. numerorum po
tentiam eliminat his verbis, necȝ ꝓ
bo tamen qui ſuperſtitioſe numeros
hic obſeruat.

Pici mirandula niſenſē tia de numeris.

¶ CAPVT DECIMVM IN QVO
proprietas, occulta Arabum euellitur, &
nullam eſſe in rebus occultam proprietatē
aſſeritur, & Pici mirandulani, Amati luſitani
Hieronymi fracaſtorei opiniones, circa cau
ſas horum dierum refellūtur.

REpudiata ac impugna
ta ferrerij opinione, pici
decreticis diebus ratio
nem quam libro, ⁊ capi
te ſupra notatis adduxit
repudiabimus: qui impugnata nu
merorum, ⁊ Aſtrologorum ratione:
eorum ordinem ad occultaȝ quã dãȝ

pro

propꝛietatem,ſeu humoꝛum,vel moꝛ

Opinio picimirandulani. boꝛum qui iudicantur, redegit. Sic enim eodem loco ſcripſit: ſed ita dico naturæ curſus pleruncq; impleri, non ob conſtelationes ad hæc tempora comparantes,ſed ob occultã quãdam propꝛietatem, conditionem ve, rerum illarum quibus ita plerumq; vſu venit: hęc mirandulani eſt circa creticos dies opinio,quam nitar totis viribus(inſtar aliarum)eruere, cum non minus a veritate reccedat,q̃ꝫ p̃cedens,exeo quoniam hęc opinio pꝛo

Impugnatur picus. pꝛietatem in rebus occultam ſtatuit, quam ex vera philoſophia fictam inſinuabimus,quod vt verius pateat. Sciendum Arabum ſectatoꝛes hoc modo de propꝛietate, ſeu qualitate occulta loquutos, dicentes in omnibus mixtis quę ex elementoꝛũ,ac ſuarum qualitatum mixtione dependẽt,

du

duplicem eſſe compoſitionē. Et ita duplicem ex his in exteriora virtutē profluere: vnam, qua elementorum efficientes qualitates, citra eorum ſubſtantias in mixtis miſcentur, & ex hac mixtione diuerſæ in mixtis complexiones emanāt, ſecundum diuerſas qualitatum interſe miſcelas: penes quā mixtionē mixta omnia calida, frigida humida, & ſicca, ac ex his compoſita fiunt, aliam quę, ex ipſiſmet elementorum ſubſtantijs intra ſe diuerſimode confuſis dependet, per quam mixta omnia: ſuam propriam formam ſpecificamq; rationem recipiunt, ac talia, (ut meſues ſenſu loquar) appellantur: virtutem, ſeu proprietatem, a complexione, ſeu qualitatū mixtura emanantem, manifeſtam nuncupant quia ſenſibus eius effectus innoteſcit aliā vero proprietatē quę immediate

ab

Quid ſit occulta proprietas apud Arabes.

ab ſpecifica forma rei, ſeu elemento-
rum ſʒ diuerſas naturas vnione pro-
uenit, occultam appellant, quia non
ſenſibus ſubiacet, ſed intellectu tātū
apprehenditur: vt verbi gratia, in rha
barbaro duplex eſt compoſitio, alia
ex qualitatibus elementorum, ex qua
rhabarbarum calidum eſt, alia ex ele
mentorum ſubſtantijs, ex qua ſit rha-
barbarum, ⁊ tale exiſtit: ſic abeo du
plex exit virtus, ſeu proprietas, alia
que ſuo gradu calefacit, ac calfacien
do alios effectus producit: hanc ma-
nifeſtam virtutem dicūt, quia ſenſibꝰ
eius operatio innititur. Altera eſt,
qua ipſum bilem primario: ⁊ pituitā
ſecundario, ſubſtantię ſimilitudine
ducit. Hanc vocant occultam pro-
prietatem, quia a forma rhabarbari
ſubſtantiali emanat, quę ſubſtantia
lis forma cum ſenſibus non percipia
tur

tur, ſed ſolo intellectu dignoſcatur, ita talem virtutem ſenſibus imperceptibilem, occultam nuncupát: quę quidem opinio irrationabilis eſt, cũ operationes immediate a rei ſubſtantia emanantes occultas aſtruat, cũ contrarium ſatis apud medicos, & philoſophos ſit notum: ſcimus enim hominem, generare hominem, & equũ equum, ac ignem, ignem, & in genere omne ſimile, ſuum ſimile generare ſz ſpeciem, & tamen talem vim generandi ſibi ſimile, licet ab ipſa met ſpecie ſeu ſubſtantia rei immediate eueniat nunq̃z occultam appellamus: abſurdum enim, & inſanum eſſet dicere, hominem, cum ſibi ſimilem generat & equum, & quodcunqz aliud, hoc facere a proprietate occulta, & vlterius cum ignis generat ignem,

refellitur opinio Arabum de occulta qualitate.

quis

quis vnq̃z philoſophorum dixit hoc a proprietate eius occulta prouenire, preterea cum alimentuz intra corpus ſumptuz corpori apponitur, aglutinatur, ⁊ nutrit, ⁊ a membris atrahitur, ⁊ hoc ab alimenti, ⁊ membrorum propria ſubſtantia proueniat, nunq̃z dicimus talia a proprietate occulta vel alimenti, vel membroruz fieri: eodem modo venena, ⁊ alexipharmaca alexitheriaq̃z medicamenta ſcimus operationes, vireſq̃z ſuas a propria ſubſtantia edere, teſtimonio Galeni. 3. de temperamentis, ⁊. 6. epidemion parte, attamen nullus vnq̃z vel venenum, uel alexitheriuz, a qualitate, ſeu proprietate occulta ſuos effectus edere dixit. Nõ igitur apud philoſophos proprietates a forma, ſeu ſubſtantia rei immediate profluentes occultæ exiſtunt, ſed potius ita manifeſte ſicuti

ri quę a qualitatibus primis ſolum e-
uenĩũt. Cũ noſtra cognitio non ſolũ
ſenſualis ſit, ſed intellectualis, conſta
mus enim ex ſenſu, & intellectu, & ita
ea quę, ſenſibus ac intellectu percipi
mus ſunt nobis manifeſta: neq; enim
magis ad mirari debemus, ꝙ ſucci-
num paleas trahat, & cornu ceruinũ
uermes interficiat, quos vt galenus
libro de theriaca ad piſonem, capite,
12. ſcribit, a ſubſtantiæ proprietate in-
terficit: quã ꝙ homo generet hominẽ
aut ignis ignem: aut membrum atra
hat, & ſibi aſſimilet alimentum, cum
hęc omnia ęque a ſubſtantia fiant: vn
de non magis illa, quã hęc, ad proprie
tatem occultam referri debent. Hoc
reſpiciens Galenus ſemper vbi de
hac proprietate meminit, eam ſubſtã
tiæ proprietatem appellauit, & nunq̃
occultam dixit, & preſertim, 6, de ſim

Proprietates a forma rei imediate efluentes nõ ſunt occultæ ſed manifeſte.

Do plici

Galenꝰ nunq̃ memini-me qualitatis occultę ſed eam ſubſtantiæ proprietatẽ appellauit.

plicibus, ⁊ libro de theriaca ad piſonem, capite. 6. natiuam facultatẽ in rebus nominauit, ⁊ deniq; omnes medici in hanc deſcenderunt ſententiã vt meritiſsime quidam de ipſa proprietate occulta dixerit, eſſe commentum hominum ſe extricantium ab innumeris queſtionibus pręſidio ipſarum, procuius rei euidentiori notitia exponendum nobis eſt, quid proprietas ſit apud medicos: eſt igitur proprietas, virtus, ſeu potentia, ⁊ facultas emanãs immediate a rei ſubſtantia, a qua proprietate actiones prodeunt: quequidem proprietas diſtincta a ſubſtantia eſt, cum qualitas ſit, ⁊ qualitas a ſubſtantia realiter differat, veluti accidens diſtinctum a ſubſtantia eſt: itaq; ſubſtãtia mediante ꝓprietate, ſeu facultate ab ea emanãte actiones ꝓducit, cuius ratio ẽ, q̃a

Quid ſit proprietas.

cum

eam ſubſtantia rei, agat in externam materiam, ⁊ omne agens tangere paſſum ex phiſicis preceptis debeat, ⁊ non poſsit traſire in materiam, in qua operatur, nec eam tangere. Neceſſe eſt vt tangat paſsum per medium aliquod, hoc vero medium vis, ⁊ facultas eſt, que profluens a ſubſtantia in actionem prorrumpit, ⁊ hæc vis a medicis proprietas ſubſtantie dicitur tria enim ſunt que in omni opere veniunt attendēda, videlicet facultas, actio, ⁊ ſubſtantia, hec vero ita inter ſe ordinantur, vt actio a facultate immediate prodeat, ⁊ facultas ab eſſentia, ſeu rei ſubſtātia emanet. Attamē hec inter ſe maxime diſsident, neq; enim actio facultas eſt, nec facultas ē rei ſubſtātia, ſed a ſubſtātia oritur facultas ſeu propetas ⁊ a propetate actio: quo loco licuit nobis errorē āto

Facultas rei differt realiter a ſubſtantia.

niſi ludouici medici olyſipponẽſis doc tiſsimi alias viri, merito euellere, q̇ libro. 1. de occultis proprietatibus, capite. 4. vbi quid ſit proprietas oſtẽ dit, aſſeueret, proprietatē non diſsi dere a ſubſtantia, ſed eandem ſubſtan tiam cum ad opus quod facere nata eſt, refertur. Eſſe proprietatem: & nil aliud eſſe proprietatē, q̄z ipſammet ſubſtantiam potentem hoc, vel illud facere: qd̓ diuo Thomę, & aliis doc tiſsimis viris, naturas rerum perfec tius ſcrutantibus aduerſatur, qui ꝓ prietatem diuerſam a rei ſubſtantia ſtatuunt: quod vel hac potiſsimū ra tione liquet. Nam cum magnes atra hit ad certam diſtantiam ferrum per virtutem emanantem a magnete, in ipſuꝫ ferruꝫ, quero vtrum illa virtus quæ a magnete in ferrum diffunditur ſit ipſius met magnetis ſubſtantia,

Nota ꝑ Antonius ludouicus olyſipponenſis medicus

vel

velquid diuerſum, ſi primum dicas
incides neceſſario in irreparabilem
apud philoſophos errorē videlicet
q̄ rei ſubſtantia reccedat a ſuo ſub
iecto, citra ſubiecti interitū: ergo co
geris neceſſario aſſerere talem vim
a magnete elatam eſſe diuerſam a ſua
ſubſtantia, quod vel ex alijs rationi-
bus eſt nobis inconfeſſo cū nil aliud
facultatis nomine phiſice intelliga-
musq̄ rei potentiam cum facultas,
& potentia ſinonime idem ſint ſed om
nis potentia naturalis & impotentia
rei ſub qualitatis ſpecie ſtatuuntur
ab Ariſtotele in predicamentis ca-
pite octauo, cū vero omnis qualitas
accidens ſit & accidens realiter ſit a
ſubſtantia diſtinctū (predicamenta
enim ex Ariſtotele in methaphiſica
extra animam re ſunt diſtincta) relin
quitur facultatem vt qualitas eſt di

Idem fa cultas & potētia rei.

Predica mēta ex Ariſtotele, ex tra animam re ſunt diſ tincta.

uerſam eſse a ſubſtantia: hoc idem ꝓ feſsus Galenus eſt libro.3. de tempe ramentis capite.3. quo loco poſtq̄ȝ naturalium facultatuȝ miniſtrantiuȝ videlicet, retētricis atractricis coctri cis ac expultricis mentioneȝ fecit ſta tim eodem loco oēs has facultates, effectus eſſe totius ī quouis corpore ſubſtantiæ aſſeruit ſi itaqȝ ex galeni mente facultas effectus eſt ſubſtātię ⁊ ſubſtantia rei cauſa eſt effectrix fa cultatis remanet facultatem re eſse diuerſam a ſubſtantia: nam ſi idem e ſsent iam aliquid eſſet ſui ipſius cau ſa, ⁊ per conſequens idem quatenus idem eſſet ſui effectus, ⁊ cauſa quod phiſicis obſiſtit theorematis ſed quid in re ſatis nota, ac manifeſta magis immoror cū nobis ſit p experientiam ſatis notum ledi facultateȝ ipſaȝ po ſſe, non leſsa ſubſtantia vnde conſtat

uerſam ab eſſentia facultatem eſſe cum ledatur non leſſa natura, quod exploratum euadet his qui exobſtructione neruorum opticorum ledi facultatez viſoriaz non leſſo chryſtaloidis temperamento in quo viſus inſtrumētū conſiſtit conſpexerint, ⁊ eodez modo ledi facultatez odorandi, ⁊ audiendi ex naſi aut auriuz obſtructione non leſsis proprijs audiendi aut olfaciendi ſubſtantijs ex quibus maniſeſte apparet facultatem diuerſam eſſe a ſubſtantia rem hęc omnia tam longa ſermonis ſerie produxi quo ſciam non ſolum, Antonium Ludouicum ſed ſimul, ⁊ Franciſcum valleriolam grauiſsimum, ⁊ acutiſsimum medicum libro reſponſionū medicinaliū ꝓ mari nolepor go medico, in reſponſione ad

Facultas ledi poteſt, non leſſa ſubſtantia.

Notatur Frāciſcus valleriola.

libri ſexti annotationes in eodem luto hęrere: quo loco apertiſsime in Ludouici ſententiam it pedibus multis q; Galeni authoritatibus, conatur afferre ex Galeno eandem eſſe naturam & facultatem in quibus locis nil aliud Galenus intendit q̃ probare ita ſibi reſpondere eſſentiam, & facultatem tam ſibi q; in ſuo opere affinia eſſe, vt ſępiſsime liceat naturam pro facultate accipere, & facultatē pro natura. Nō edepol qḋ intelligat Galenus eandem eſſe, & naturā, & facultatem vt falſo vallerſola exiſtimat ſed qḋ pro affinitate liceat ſępius vnū pro alio accipere, & ſub vno ambo comprehendi: nec mirum qḋ valleriola inre ita nota ac manifeſta cecutierit, cum in alia non minoris momẽtire a vero diſsideat. videlicet libro. 3 enarrationum medicinalium enarratio

Quomodo intelligatur Galenꝰ circa facultatē, & naturam.

tione.3.quo in loco nititur probare ex Galeno bilem naturalem, nil aliud eſſe q̄ȝ tenuiſsimam ſanguinis partē: & ipſiſsimam bileȝ, ſanguinis tenuiorē portionem exiſtere: quod conatur oſtendere fulcitus Galeni ſententiæ. 4. de uſu partium capite.3.quo humorum generationem efferueſcentię ac ebulitioni vini muſtei indolis adſimilauit. ita vt quemadmodum in muſti ebulitione quod craſsius & limoſius eſt reſidet & quod ſubtilius eſt ſupernatat quod florem appellat ita eodē modo in ſanguinis feruore in iecore fieri aſſeuerat vt videlicet qđ craſſeius eſt reſideat & in melancholiam trāſeat quod ſpomoſum & tenuius & flori ad ſimile bilis ſit ex quo textu colligit apud Galenum bilem nil aliud eſſe q̄ȝ tenuiſsimam illam & ſubtiliſsimam ſanguinis partem quę ſpumæ inſtar

Iterum notatur valleno la.

quatuor humores diuersas habere formas inter ſe, & naturas.

inſtar ſupernatat: ceterum qui in Galeni lectione mediocriter eruditus ac nutritus fuerit eiusq́ꝫ ſenſa intimius fuerit ſcrutatus facile percipiet nihil magis abhorrere a galeni preceptis hac aſſertione cum conſtet humores quatuor noſtri corporis diuerſas ſpecies naturasq́ꝫ habere, qđ nobis exaratum reliquit galenus octauo đ placitis Hip. ⁊ platonis capite octauo in hunc modum dixi autem me ea que aſſeram hominez eſſe, ſemper ea dez eſſe demōſtraturuz, ⁊ lege, ⁊ natura: ea ſunt ſanguis, ⁊ pituita bilis, ⁊ flaua, ⁊ atra pͥncipio igitur hoꝝ nomina lege diſticta affirmo, nullumq́ꝫ ex his eodē cēſeri nomine: deinde natura formas eſſe ſepatas, neqꝫ pituitā ſāguini neqꝫ ſanguinem bili, neqꝫ bilez pituite ſimilem eſſe, qui enim fieri poteſt, vt hec ſimilitudinem inter ſe habeant, cum neqꝫ ſi inſpiciantur colo

ribus conueniant? Neq; ſi manu a-
trectētur, calida, aut frigida, aut ſic-
ca, aut humida pari modo eſſe videā
tur? Quādo igitur adeo inter ſe, & for
ma & facultate diuerſa ſunt, vnū non
eſſe neceſſe eſt, ſiq̄dem ignis, & aqua nō
ſunt idem hactenus galenus quo ſer
mone hos humores diuerſas formas
& naturas habere aſſeuerat ſi itaq;
hoc verū eſt quemodo ſubtilior pars
ſanguinis bilis eſſe poſsit nō video cū
ſubtilis pars ſanguinis adhuc ſangui
nis formā ac ſpeciē retineat ſanguis
q; ſit vnde bilis eſſe minime poteſt a
lias bilis, & ſanguis eādē formā, & na
turā haberēt qd falſū eſſe ſupra ex ga
leno mōſtrauim9 qd lucidioribꝰ ꝟbis
nobis īſinuauit idē galen9. 2. d febriū
differētijs cap. nono his verbis cū ſi
ſanguis ſupra modum aſſetur, pars
quidem eius ſubtilior, ac pinguior,
om

Subtilis pars ſanguinis non poteſt eſſe bilis aduerſus vallerio lam.

omnino in flauam conuertitur bilem in quo textu ex ſubtili ſanguinis parte per aduſtionem fieri dixit flauam bilem ſi ita ꝫ ex ſubtili ſanguine per aduſtionem fit flaua bilis relinquitur ſanguinis ſubtilem portionem nõ eſſe flauam bilem cum ex ea per aduſtionem fiat quando enim dicimus ex pane fieri ſanguinem compertum nobis eſt panem non eſſe ſanguinem ſed diuerſis mutationibus in ſanguinẽ verti ita cum Galenus ſcribit ex ſubtiliori ſanguine flauam generari bilem aperte intelligit ſanguinis ſubtilẽ partem non eſſe bilem ſed aduſtione media in bilem verti preterea Galenus ſepiſſime bilem in iecore ab immodico calore fieri, ſanguinem vero amoderato & temperato ſcripſit: ex quo cõſtat nullam ſanguinis partem eſſe bilem cum quelibet ſanguinis portio

tam

tam ſubtilis q̄ʒ craſſa a moderato ca
lore efluat qd̄ ſi Galenus. 4. de vſu partium quod ſuper natat ſanguini bilem fieri dixit non qd̄ ſubtilis pars ſanguinis bilis ſit intellixit, ſed qd̄ illa ſit promptior materia vt ex ea bilis fi at in confeſſo habuit vt textus ſeries indicat nec qualiter mihi phiſice ac me dice loquenti perſuadere poſſum ex quo grauiter lapſum fuiſſe noſtrum valleriolaʒ conſtat: ſed iaʒ his omiſsis ad id ex quo pēdimus nos vertamus ex his omnibus liquido iam conſtat quid proprietas ſit. Unde facultas membri atractiua, ſeu proprietas diuerſa eſt a ſubſtantia membri, et ita de facultate concoctrice, expultrice, et cathartica eſt intelligendum, cū ę diuerſæ a ſuis ſubſtantijs ſunt et ſimul in confeſſo eſt q̄ʒ ridicula, ac abſurda Arabum ſit circa qualitatem occul
tam

Quo modo intelligēdus Galen⁹ 4. de vſu partiū

tam aſſertio. Ideoq; magis damnã da pici ſententia, qui dierum criſimo rum cauſam, ad occultam vel humo rum, vel morborum reducit proprie tatem. Cum nullam eſſe abſconditã hanc facultatem in rebus, philoſophi ce probauerimus: eodem ferro jugu latur Amatus luſitanus qui in ſuis centurijs dierum criſimorum cauſas ad muſicę harmonias, videlicet dia paſon, diapente, diateſaron, & alias reducere conatus eſt: ita vt quemad modum voces in his conſonantijs ſo lent harmoniam, & concentuz debitũ efficere. Cuz voces per ſe talez non agant, ita dicit numeros in ſeptenis, & quartanis circulis ſuam vim, & po tentiam oſtendere, & potentius indi care, & ita ſe habere ſeptimuz, quar tum, & decimuz quartuz, vt ſe habet diapaſon, diapente, & diateſaron in muſi

Nota tur Amatus luſitanus.

muſicis concentibus: quę opinio ſatis ridicula cum numerorum actiuitati ſimiliter vt ſuperior innitatur, & eiſdē rationibus improbetur, & me in pſenti impugnanda merito venit, cum numeros nullam agendi vim habere ſuperius: dixerimus ad aliud Fracaſtorei paradoxum prodendum accedentes qui inſulſe ſatis ad humoris melācholici coctionem dies creticos redegit. Quam opinionem ſin ul cuž ſuis principijs Ferrerius in ſuo de creticis diebus libro ſcienter impugnauit & ne aliorum labores ſuffuremur. ab his ſuperſedere placuit. ad Galeni ſententiam breuiter accedamus

Notatur Hieronym⁹ fracaſtorius.

¶CAPVT VNDECIMVM, DE Galeni monſtratione circa cauſas criſimorum dierum, & eius improbatione.

Triũ Galeni mēſium enarratio

Galenus vt criſimorum die
rum cauſas ad motiones lu
nę reduceret, vt ipſe indica
uit longo ſermone .3. de die
bus creticis, menſes tres lunares ad
duxit, primum coniunctione vna ſo
lis, & lunę, in aliam exacte diffinituȝ
quem viginti nouem dierum, duode
cim horarum, & quadraginta minuto
rum, omnes fere Aſtrologi eſſe dicūt
alterum ſeptem atqȝ viginti dierum
& horarum octo, qui fit ex redditu lu
nę a puncto zodiazi, ad idem punctū
zodiazi. Quem menſeȝ peragratio-
nis appellat Galenus, & Aſtrologi,
quia totam lunę circuit peragratio-
nem: tertium ponit Galenus vno die
fere, aut circa hoc, minorem, qui fit
ab exitu lunę e radijs ſolaribus, ipſa
qȝ apparitione incipiens, deſinenſqȝ
ſequenti prima occultatione, quem
men

menſem apparitionis dicunt, atq; Aſtrologi (inter quos ptolemeus ē) quatuor quartas huic menſi tribuunt interſe ſuis qualitatibus maxime diuerſas, primam humidam, alteram calidam, tertiam ſiccam, vltimam frigidam. Quam ſententiam eſſe ſimi liter Ariſtotelis picus inſinuat libro 1. diſputationis aduerſus aſtrologos his menſibus ſuos dies videlicet ſeptimum, decimum quartum, & vigeſi mum, & vigeſimum ſeptimum, accom modare non potis fuit Galenus, aut ꝙ ſuum numerum excederent, vel eū non complerent. Vnde ex menſe peragrationis, & menſe illuminationis, menſem alium medicinalem vulgo appellatū efinxit. Qui conſtaret ex viginti ſeptem diebus demptis fere duabus horis: cui menſi ſuos creticos dies vere reſpondere, & lune cōfigu

Appari-tionis.

Menſis medicinalis a galeno fictus.

Ee ra

rationibus in hoc menſe factis maxime quadrare dixit, qui quidem menſis ex eo fictitius eſt, ꝙ nullam habeat cum motu lunę rationem, nec taliter moueri ſuo motu luna conſpiciatur, vnde recte fictitius, ⁊ chimeritius eſt, quam vero exhibeat galenus monſtrationem huius lunę motus, ſi ipſi interroges, non aliam tibi pręſtabit, q̄z ꝙ ita faciendum ſit, vt decimo ſeptimo, vigeſimo, vigeſimo quarto: ⁊ vigeſimo ſeptimo, inter decretorios locus daretur, reijcerenturq́ꝫ, ⁊ decimus octauus, vigeſimus primus ⁊ vigeſimus quintus: attendere licet virū hunc in oībus quę ad artē ꝑtinēt ita conſumatū, q̄to ſe riſui nobis exponat, cuꝫ hęc aſſerit. Unde meritiſsime a pico mirādulano, libro. 3. diſputationuꝫ aſtrologicarum, capite. 16. ⁊ a grauiſsimo manardo libro. 15. ſuarum epiſtolarum, epiſtola, 5. fictitius

Exploditur hic menſis.

pic menſis repulſus eſt, apud quos
authores maximas mōſtrationes cō
tra galenuꝫ attendere expediet, qui-
bus fictuꝫ hunc mēſeꝫ Galeni explo
dere iuſta ratione viri iſti intendunt
nobis etenim in pręſenti erit opportu
num, alias pręter adductas ab his,
proponere, ex quibus falſitas huius
menſis innoteſcet, & primam deſu-
memus ab Hipp. libro. 3. apho. apho.
28 ſic plurimę autem paſsiones pue
rulis iudicantur, nonnullę quidem in
quadraginta diebus, nonnullę in ſep
tē mēſibꝰ, nonnullę vero in annis ſep
tē in quo. apho. Hip. aſſeuerat pluri-
mos morbos diutinos pueris iudicari
in ſeptē menſibꝰ, & ſeptē annis, ꝙ gale
nus cōfirmat ī cōmēt. attamē cōſtat
huius iudicij, ꝙ ī ſeptimo mēſe fit, aut
ſeptimo anno, menſem medicinalem
nullā habere rationē, neqꝫ lunā ipſā

Ratio-nes con tra gale ni men ſem.

Cum in ſeptimo menſe, ⁊ ſeptimo an
no, nulla ſit cæli configuratio, aut lu
nę, quæ illius iudicationis ſit cauſa,
merito itaq; cum iudicia quę in ſepti-
mo anno, aut menſe fieri ſolent, ad cę
leſtes cauſas, lunęq; pręcipue motũ
non reducantur, ita neq; quę in ſep-
timo, aut decimo quarto die fiunt, re
digi debent. Alias deberet Galenus
inſinuare nobis conſtelationes, ⁊ lu
nę configurationes quę iudicia hęc
in ſeptimo menſe, aut ſeptimo anno fi
eri cogerent: præterea galenus in vl
timis huius commenti verbis decla
rat decimo quarto ætatis anno ideo
pueris maximas fieri mutationes ad
pubeſcentiam, ⁊ femellis ad menſtru
orum eruptionem, quia ſeptenus ſit:
deberet tamẽ nobis conſtelationem,
aut lunę aliquam configurationem
inſinuare, quę huius mutationis, quę

Alia ratio.

inde

decimo quarto anno ſit virgo ſit. Cum vero nulla eſſe poſsit, talis aſtrorum, aut lunæ poſitio, quę in decimo quarto anno mutationes faciat, merito, & neq; q in ſeptimo, aut decimo quarto morbi die iudicia fiant, & cœleſtia in cauſa eſſe poſſunt: Vidi ego, & cognoui, mulierem quandam ſeptimo menſe natam: ac ſeptimeſtrē quæ vno quoq; ſeptimo a partu die per ſuę vitę curriculum maxime grauaretur, & opprimeretur acciden tibus, maleq; ſe haberet eo die, cu; alijs diebus quietius ſe gereret, & tandem in progreſſu ætatis, cum ad ſeptimum accederet annum, in hoc anno tam graui, & immani morbo correptam, vt vix maximis adhibitis remedijs ſuper eſſet. Quo eodem morbo & ſecundo ſepteno, videlicet decimo quarto ętatis ſuę anno fuit affecta, & ſic Historia

ſic vbi ad vigeſimum primum ętatis annum accederet, qui tertius ſeptenarius fuit, eodē morbo affici vidimus cuius ordinati euentus minime cauſaȝ galenus in iouis configurationes redigere poteſt cum his, ⁊ diebus, ⁊ annis nullus ſit iouis aſpectus, neq̧ aſtrologi in ſuum planetam iouem re ducere poſſunt. Nam licet hoc illis cōcederemus, videlicet hac re partus ſeptimeſtres vitales eſſe, quo in mēſe iuppiter, beneuolus, ⁊ benign⁹ planeta p̄ſit vt dicūt, nō propterea hoc aſtrū erit cauſa cur ſeptimo quoq̧ die, ⁊ āno, huic femelle hęc mala ꝓrūpperēt, cū neqȝ in ſeptimo quoqȝ die, nec anno, cōperiamus iouē præeſſe: cū itaqȝ ad cauſas cæleſtes nullatenus hic eūtus redigi poſsit, merito ad naturā confugiēduȝ eſt, quę cauſa præcipua fuit huius ordinati euen

uentus, ⁊ ratio. Quid deniq; galenus poterit nobis perſuadere de lunę cõfiguratione, ⁊ motu in interpolatis, ſeu intermittentibus febribus in quibus vt ſupra ex Hipp. ⁊ ipſo probauimus iudicationes, non per dies, ſed per acceſsiones fiunt, cũ quando in ſeptima acceſsione tertiana exquiſita iudicatur, nulla ſit tum lunę configuratio, nec diametra, nec falcata, nec alia huiuſmodi: cũ ſeptima acceſsio in tredeci; diebus finiatur, i quibus nullam luna facit configurationem, ſed in decimo quarto, vt Gale. indicat, tertio de diebus creticis, ergo indicatio illa quę in tertiana in decimo tertio die fit non fit, ex Galeni mente a lunę motu, ſeu figura. Et ita innanis ſatis ſua eſt circa hoc ſententia ita calculandũ aduerſus Galenum cum in quarta acceſsione, Alia ratio.

aut decima quarta, aut vndecima, indicatio in tertiana ſit, in quibus nulla lunę, aut alterius aſtri eſt figura:
4. ratio præterea quam aſignabit, nobis Galenus lunæ, aut alterius aſtri figurā quæ cauſa ſit dentitionis pueris in ſeptimo anno, ſi igitur huius periodi nec aliarum cauſa lunę, aut aſtrorum eſt configuratio, relinquitur ꝙ nec periodi quę in morbis, aut ſeptimo, aut quarto ſit, luna erit cauſa: cum ratio non magis militet de vno, q̃ de alio:
5. ratio. vltimo quam pręſtabit nobis lunæ figuram Galenus quę potis ſit facere, ꝙ vſqꝫ ad quadrageſimum ſeptenarij, & quaternarij, vim habeant, & poſt quadrageſimum, non iſti, ſed vigeſimi circuitus: aut quę figuratio, aut lunæ poſitio faciat, ꝙ ſepteni ſint quaternarijs efficaciores, quod deberet nobis monſtrare, ſi ad lunam

iſte dierum circulus redigeretur: ex his rationibus additis his, quas Picus, & manardus locis citatis aduerſus Galenum adduxerunt, moueor ad explodendum menſem hunc lunæ fictitium Galeni, & ex conſequenti lunæ motiones ab Aſtrologis fictas, quas viri iſti miris rationibus euerterunt.

¶CAPVT DVODECIMVM, de vera cauſa criſinorum dierum, & de miro naturę in ſuis operibus ordine.

At tamen relictis iam inutilibus, & caſſis cauſis horum dierum hactenus ante citatis. Cum nullam in ſe veri rationem contineant, vt mōſtrauimus: ad noſtram ſententiam quam cęteris probabiliorem, & certiorem credimus, mōſtrandam accedamus: certo affir

man

Natura intrinſece, & ex ſe eſt cauſa horumdierum.

mantes naturã intrinſice, & ex ſe, eſſe ſolam horum dierū cauſam effectricem, ſuo ſe ordine mouentem, ac in iudicandis morbis: pro pulſandisque eorū cauſis ordine quodam, artificioque mirabili vtentē, hos dies peculiares & ſtatutos ſeptimum videlicet, decimum quartum, vigeſimum, vndecimum, & decimum ſeptimum, & reliquos eligere: in quibus ad humorum ꝓpulſionem tum moueatur: quod vt perſuaſum habeamus, naturā in ſuis actionibus mirum, ac ad mirandū ordinē ſeruare eiuſdemque ſui ordinis cauſam eſſe, euidenter demōſtrare conabimur: etenim ꝙ natura hunc ordinē, & cōcentum ſeruet in omni ſuo opere euidenter agnoſcet, qui feminarum quotidianos partus conſiderauerit, cum nono quoque menſe maturos partus in lucem exire comperiamus, quorum

Natura in omni ſuo opere ordinē mirum ſeruat, & ſui ordinis ē cauſa.

rum cauſam Hipp. libro de carnibus ad naturam ſeptimo ſe mouentem re degit, vt infra latius inſinuabo: & nõ in ſexto, aut quinto, nec octauo menſibus hoc euenire, natura certa, inuariabiliq; lege: idem in vitalibus, mortiferisq; partubus inueniet. cum octimeſtres mortales, ſeptimeſtresq; vitales omnium doctiſsimorum viro rum experientia confirmet, cũ omnia ſic a natura fiunt: q̃ ſi poſt factos partus lac triduo: & non antea, fœminis euenire comperiat, item q̃ in fętuum formatione fœmine quadrageſimo ſecundo a conceptu die, & non antea, & mares trigeſimo, & non ãtea: anima informẽtur. Taliq; inuariabili lege continuo moueantur: manifeſte iueniet q̃d probare intẽdim9: videlicet naturã miro: ac diuino ordine moueri i ſuis actibus, hoc idẽ idẽ nũ muta

Naturæ minus or do ex nono menſtri partu notatur.

Idẽ notatur ex octimeſtri & ſeptimeſtri partu.

Idem ex lacte triduo enixæ eue nienti.

mutationepueriſeuenire cōperimus cum ſeptimo annoperpetuo dentium mutationem patiantur, & non antea, & ſeptimo etiam menſe poſtq̄z editi ſunt dentire incipiant vt ariſtoteles teſtatur. 7. dehiſtoria animalium, capite. 10. & non ante. Quod ſi Ariſtotelem ſimiliter audiamus libro. 1. de hiſtoria animaliū cap. 4. dicētē maxillares, dentes in vigeſimo anno continuo homini proſilire, q̄ ſi ab hoc degeneret, octogeſimo, & non in prioribus annis. Eiuſdem naturæ ordinis mirabitur: hoc idem apud Galenum dehominis pubeſcentia liquet, cum decimo quarto anno homines pubeſcere, & vocem mutare, fæcundumq̄z ſemen habere, ex ipſo ſuperius adduximus. Quod & fæmine idem hoc tēpore patiuntur, tum enim, & vbera attolluntur, & menſtrua ipſis erumpūt et

Pueri ſeptimo anno dē tes mutant, & non antea.

⁊ ad generationem alacriores fiunt: quę omnia a natura miro fieri ordine cernimus quotidie. Idem in fętus formatione exploratur, cum notum ſit, tanta ſe natura prudentia, ⁊ concentu gubernare. Vt prius iecur, q̄ cor, in fętu efformet, et prius cor q̄ cerebrũ non alia ratione q̄ quod iecoris munere, prius q̄ cordis, fetus editurus indigeat, ⁊ cordis munere, prius q̄ cerebri. cum neceſſe ſit fœtum prius nutriri, ⁊ ad augmentum deuenire; q̄ viuere, ⁊ ita conueniens ſit prius, q̄ ſentiat, ⁊ moueatur, nutritione vitaq; frui: quæ attendens ſolertiſſima natura non prius cor, q̄ iecur, nec cerebrum, q̄ cor efformat: quem mirum ordinem in partium corporis ſitu, ⁊ compoſitione ſeruat continuo, cum eas eo loco conſtituat, opportunion videlicet, q̄ ſecundum exigentiam

Prius iecur, q̄ cor formatur & prius cor q̄ cerebrum.

tiam expedit pro corporis ſtabilitate, & incolummitate: eodem diuino ordine venas nō a cerebro nec neruos a corde: nec arterias a iecore, aut cerebro oriri permiſsit, ſed neruos contiNerui a cerebro oriūtur nuo a cerebro, vt q̄ animales ſpūs ad alia membra eſſent delaturi oriri, & arterias, vt que ſpiritus vitalis inArterię a corde. ſtrumenta ſint a corde, & venas, vt que nutritioni ſubſeruiant, a iecore e Venæ a iecore. manare: inuariabili modo fecit: qui omnes effectus mirabilem naturę ordinem in ſuis operibus demonſtrant quem ordinem poſtq̄ in his quę ad hominis formationem, & plaſmationem attinent: enodabimus eundem licet nobis in operibus: quę ad corporis nutritionē ſpectant: exponere in his etenī oībus diuino & imutabili cōcētu ſimiliter moueri, actiones eius naturales circa alimētorū coctiones

inſinuant. ¶Cum prius alimentum a-
tractum retineat, ⁊ retentum conco-
quat, coctum vero ſecernat, ⁊ ſecre-
tum expelat: minime vero prius con-
coq̄t, q̄ atraxerit aut retinuerit, nec
prius expelat, q̄z concoquat: tum eni
natura ſua facultate retentrice mo-
uetur, quando atractrix ſuum eſt con
ſequuta finem, ⁊ tum concoctrix con
coquit, cum retentrix ſuum eſt adim-
pleta opus: ita tum incipit natura ſe
cernere nocuum, cum perfecte iam
concoxit, ⁊ finaliter tum expultrix
ad noxiorum expulſionem accedit,
quando iam concoquens ⁊ perfectã
coctionẽ, ⁊ ſecretionẽ fecit: ꝙ diuinũ
⁊ inuariabile harũ facultatum cõſortiũ
maximũ ĩ natura ordinem arguit: idem
apparere arbitror ĩ mẽbrorum quę coc
tioni depoſita ſunt opibus, cũ iecur nõ
prius ad ſanguificationẽ accedat, niſi
in

Ordo in miniſtrã tibus facultatibus.

in ventriculo perfecta fuerit coctio chyli: nec membra corporis ſuam ſanguinis elaborationem ad implent, niſi a iecore prius perfectam ſanguinis coctionem recipiant: hocq; ſibi inuariabile miniſterium ſupppeditant, quod nature ordo ita mirus eſt, tantoq; conſilio, et artificio actus, vt Galenus libro de theriaca ad piſonem capite, 6 ex ſententia homeri, naturam veluti quendam deum in nobis intrinſecus appellauerit, et hoc iuſta ratione a galeno dictum. Cum nature opera maxime aſsimilentur operibus dei: dei enim opera ita conſumata ſunt, vt nec in neceſſariis defficiant, nec in ſuperfluis abundent. Eodem modo ſe habent nature opera, que ita perfecta ſunt, ut nec in neceſſariis defficiant, nec in ſuperfluis abundare inſpiciantur: hoc q; habet quatenus a deo ori

Natura eſt veluti quidam intrinſecus in nobis deus, ex galeno.

ri

rigitur, & gubernatur in opus ſuum adimplendum. Unde meritiſsime loco citato Galenus eius opera admirans, veluti intrinſecum in nobis deum appellauit.

¶CAPVT. 13. QVOD MENSTRUA proluuies mulierum non fiat a luna, aduerſus Ariſtotelem, & Galenum, ſed ſolum a natura irritata a ſanguinis mole.

Quod poſtremo notum euadet, ſi mẽſtruas mulierum purgationes cõſideremus inueniemus in his naturaꝫ miro ordine moueri. Cum fere ſemper non in medijs menſis diebus, nec in principio menſis, ſed in fine, ipſis ſanguinẽ profluere videamus: cuius ordinis non aliam præter ipſammet naturaꝫ a ſanguinis copia irretitam, & ſic ſe mouentem cauſam inſtituimus: quis

enim huius ordinatę periodi cauſam aliā, q̄ naturā cognouit: vnde obiter cuȝ cautione, & venia audiēdus Galenus eſt, qui libro. 3. de diebus creti bis, capite. 2. (vbi lunā multa in hęc agere inferiora probet) ad ipſāȝ ſtatutuȝ mulieruȝ mēſtruoruȝ tēpus reducere conatus ē, his verbis, ad hęc menſtruorū ſtatutuȝ tempus mulieribus conſeruat, hactenus Galenus. Eodeȝ modo refellitur Ariſtoteles qui libro. 7. de animaliuȝ hiſtoria capite. 2. nititur firmare ſententiā hoc in loco a galeno ſcriptā, videlicet q̄ mēſtrua purgatio a luna fiat ſic: pro fluuiū aūt mēſiuȝ decreſcēte luna cōtigit, q̄obrē nonnulli cauilo ſexū fęmineū lunæ tribuūt: q̄m ſimul vt illa decreſcit, & mulier purgetur, mox q̄ȝ repleātur ambæ eueniat, q̄ ſimul notauit, 4. de aīaliuȝ ortu cap. 2. &. 2. de gene

Notantur Galenus, & ariſtoteles q̄ mēſtruā mulierū plenilunia fieri ſcripſere.

generatione aīaliū cap. 4. quibus locis eodē cū galeno modo a luna ꝓuenire mēſtrualē ꝓluuiē, & ſemper decreſcente luna euenire aſſeuerat: qđ non ita ſe habere, nec a luna fieri, quotidiana expientia demōſtrat. Naꝫ ſi ad lunā iſte ordo mēſtruorū redigeretur ſemꝑ eueniret cum ipſa in luminis eſſet incremento, cū eo in tempore, cum increſcit corpora humiditatibus ſcatere videamus, vt patet in oſtreorū generibus. Quę tū tēporis pinguia humidaqꝫ ſunt, & ita eo in tꝑe cum feminarū corpora humidit. tib9 redūdent, menſtruę purgationes euenirēt: ve𝑥 nō ita accidit: videmus eni tā ī lunę īcremēto q̄ ī decremēto mēſtrua fęminis ꝓrūpere, qđ nullatenus cōtigeret, ſi ad lunā talis īclinaret motus: ī luminis eni ꝯfectu corꝑis humores ſūt im

Rationes ꝙ luna non ſit cauſa meſtruę purgationis fęminarū:

vt Auicenna capite d̃ ventoſis ſcrip ſit: atq; hac de re in tali cõſtitutione lunę menſtrua non exirent, ob humorum imminutionem: cum vero in hoc tempore, vt in luminis incremento eueniant, videtur acceptum nequaq̃ ex luna poſſe prouenire talem periodum: preterea ſi luna eſſet huius periodi cauſa iam neceſſario ſecundum vnicam rationem, & non diuerſas, ab ea talis effectus efflueret, aut videlicet cum lumine eſſet priuata, aut cum lumine plena videretur, aut in quadrangulis, aut falcatis figuris eſſet hanc menſtruam periodum efficeret, & non in his omnibus indifferẽter: modo videmus in omnibus his lunę mutationibus menſtruas mulieribus purgationes erumpere, & non in vnico ſtatu lunę. ¶Cum alię feminæ menſtrua patiantur cum luna imple-

nilunio eſt, aliȩ cum ipſa cum ſole coit, aliæ cum triangularē retinet figuram, aliæ cum falcatam, deniqꝫ non ſecundum vnicum lunæ ſtatum, nec ſecundum vnam ipſius rationem mulieribus hæc menſtrua proſiliunt, ſed ſecundum diuerſos lunæ modos, quod eſt argumentum ipſaꝫ non eſſe huius periodi cauſam. Preterea ſi a luna talis menſtruorum ordo emanaret, nequaq̄ꝫ fȩminȩ menſtruuꝫ haberent cum luna in occultatione, & coiueſſet cum ſole, quod triduo contingere ſolet. Cum tum lumine omnino orbata ſit, atqꝫ hac de re nil agere in hac ſublunari mole poſsit, cum aſtra omnia medio lumine in nos agant. Hocqꝫ vel ex ſenſu ipſius Galeni qui libro. 3. decreticis diebus capite. 4. dixit, lunam in coitu remoratam hęc inferiora non immutare, qꝛ

Aſtra ō nia medio lumine ĩ nos agunt.

lumine priuata ſit his verbis : vnde
non ſemper vnum tempus eſt, quo cla
re luna conſpicitur, omnino vero tri-
duo in coitu ſolis remorata, plane in-
uiſibilis eſt, quo nondum hęc terrena
immutare poteſt: ⁊ infra ſic, ⁊ tempus
tum peculiaris eius circuitus tum in
nos actionis, in idem quodammodo
recidit: in quo textu inſinuat, cum lu
na in coitu eſt, nil in nos agere, ⁊ tum
primum agere initiari, q̄ȝ primum a
ſole recedit, ⁊ videri incipit : quod ſi
forſam dixeris in occultatione adhuc
lunam innatum quoddã, ⁊ ſibi propri
um lumen habere, licet languiduȝ cu
ius ratione obſcuretũ videatur: quod
ab omnibus admittitur, nec nos nega
mus, tamen illud lumen ita exile eſt,
vt cum eo nequeant in his infernis fie
ri celebres mutationes quales men-
ſtruorum ſunt, ſed exiles, ⁊ ſenſu im-
percep

ꝑceptibiles: ſed ē qui opponat nobis Gale. q̇ eodē li. 3. decreticis diebus. c. 3. aſſeueret ī coitu lunę maximas fieri hęc inferna mutationes ſic. Vehementiores itaq; mutationes eueniūt, vbi ip[s]a cū ſole coit, inſuꝑ in apparitionibus plenilunij: minores his contingūt dum medio orbe apparet: ol[im] ſ. ure dū curuata in cornua, ac falcata videtur, ⁊ parum infra eodem capite ſic. Nā validiſsima eorum quæ prius erant mutatio, in coitu lunę, ⁊ dum illustratur, committitur: in quo loco videtur aperte ire aduerſus primam ſententiā, ⁊ ſibi ipſi contradicere cum in vno loco aſſeueret in coitu lunam nil immutare, in hoc vero validiſsime immutare hęc inferna ſcribat. Quos locos ſic cōciliam⁹, videlicet, in. 4. c. Gale. egiſſe de ꝓpria, ⁊ de ꝑ ſe actione lunę, ſic q̄ dixit in coitu nihil agere proprie.

Conciliatio oppugnantium galeni locorum.

⁊ de per ſe. Cum tum lumine ſit priuata, ⁊ nil ob luminis defectū de per ſe agere poſsit, cum agat medio lumine inſtar aliorum aſtrorum, in .3. vero capite vbi dixit ipſam validiſsime in nos agere intellexit de operatione accidentali, quæ a luna euenit, in coitu enim luna ex accidente validiſsimas parit mutationes. Tum enim cū lumine priuata eſt, ſuo lumine nos non calefacit, vnde ſub lunaris aer deſtitutus tum a lunę calore maxime infrigidatur, ⁊ tum maximas procelas, æſtus maris, ⁊ ventos generat: vt ex crebris, ⁊ quotidianis experientijs liquet: ⁊ hæc eſt vera horū Galeni locorum enodatio. Iam ad penſum reuertar, cum itaq; ex ſuperioribus conſtet lunam in coitu moratam nil ꝓpria operatione in nos agere. Videtur ꝙ nec periodum mulierum

rum menſtrua3 agere poſsit, Cæterũ cum femine hoc tp̃e coitus, ſicut in reliquis menſtruis afficiantur, reliquũ eſt, vt non a luna hoc acceptum habeant: omitto q lunæ motus ita ordinatus eſt, vt vno quoq3 menſe compleatur, menſtruorum vero motus maxime ſit inordinatus, & vagans. Cum non omnibus feminis idem ſit purgationis tempus, aliẹ enim tranſacto menſe menſtruant videlicet aut quadrageſimo, aut quinquageſimo a prima purgatione die, & tardius. Aliẹ ante menſem hoc patiuntur, quod præter noſtram de hoc vulgarem experientiam Ariſtoteli fuit exploratũ libro. 2. de generatione animaliũ, capite. 4. ſic. Cæterum menſtrua nullo circuitu certo deſcribuntur: cum ita q lunẹ motus ordinatus ſit, menſtruorum vero maxime vagans, minime ad

Lunæ motus ordinatus eſt, menſtruorum vero inordinatus ac vagãs.

ad lunam referri poteſt, cum nulla iuſta ratione poſsit, quod inordinatum eſt, ad ordinatam, & præfinitã cauſaꝫ redigi: hac enim de re merito impinguationem, & macredinem equinorũ & teſtaceorum ad lunam redigimus, quoniam ſemper, inuariabiliqꝫ lege increſcente luna ea increſcere, & impinguari. Decreſcente vero, ea macreſieri, & decreſcere inſpiciamus: minime vero decreſcente luna ĩpinguari, nec augeſcente, macreſcere vidimus, relinquitur ſolum naturam ſic ſe mouentem, & a multitudine ſanguinis irritatam eſſe cauſam ꝙ menſtrua mulieribus ſic erumpant, fæminarum enĩ corpora frigida, & humida, otio, quietiqꝫ nimium indulgentia, laboribus, exercitiiſqꝫ orbata, ac domi degentia. Ob has cauſas vnoquoqꝫ menſe multum ſuperflui ſanguinis coaceruant, qui ſua

Cauſæ mẽſtruę periodi fæminarum.

ſua mole naturam grauans huius mē
ſtruę periodi cauſa eſt. Accedit & alia
cauſa quam Macrobius. 7. ſaturnali
um, capite ſexto, adducit, videlicet, φ
fæminę humectiſsimo ſunt corpore, i-
deoq; contingit, vt ſuperfluo ſangui-
ne onerent quolibet menſe corpus. In
deq; euenit vt feminis ante decimum
quartum annum, & poſt quinquageſi
mum, menſtrua non erumpant, quia
exiguum ſanguinis colligunt, illę in-
crementi ratione vniuerſum ſangui-
nem in corporis alitum diſtribuentes
iſtæ ob innatam corporis ſiccitatem, &
humidi imminutionem: vnde ſi lunæ
hoc acceptum refereretur, ſimili-
ter in his ętatibus menſtrua erump-
rent cum luna his temporibus, ſicu
ti alijs corpora immutet, & etiam
curſum ſuum peragat, quod eſt
argumentum, hāc periodum minime
a lu

ą luna orirí vt oſcitanter ariſt, ⁊ gale nus dixere, ſed hęc obiter dicta ſint.

¶ CAP. 14. IN QVO EX NATVrę ordine inſinuatur, creticos dies ad naturam ſolum referri.

EX ſuperioribus ſatis, ſuperq́ꝫ liquet naturam maximum, admirandumq́ꝫ ſeruare ordinem in omni ſuo opere, ſuiq́ꝫ ordinis eam eſſe cauſam, ⁊ non aliunde eueniſſe: quę cum ita ſe habeant, conſentaneum rationi eſſe cenſeo debere naturam hunc eundem ordinem ſeruare in iudicandis morbis, propulſandisq́ꝫ eorum cauſis: ⁊ dies creticos ex ſe eligere, ⁊ ordinatos, quibus ad propellendos morbos accedat: quos decretorios, ſeu iudiciales dicimus: in quibus potius, q̄ꝫ in alijs ex ſe, ⁊ non

Natura in iudicandis morbis ſeruat ordinē ex ſe.

non extrinſecus accepto ad minicu-
lo moueatur ad vincendos iudican-
dos qꝫ morbos, ⁊ propellendos: vn-
de friuolum, ⁊ innane eſſe iudico ali
as extrinſecas cauſas inquirere, in-
quibus nulla veri ratio apparet, cuꝫ
natura ad hoc agendum ſufficiat,
quoniam ſi periodi illius qua nono
quoqꝫ menſe fetus in luceꝫ exeat, nul
la alia cauſa eſt, præter ꝙ naturæ or
do ſic ſe mouentis, vt ſupra patuit, q̄
re non ⁊ iuſta ratione illius periodi
qua natura ſeptimo, aut decimoquar
to, ⁊ ſic de ceteris mouetur ad mor-
bos iudicandos non erit ipſa natura
cauſa, preterea ſi ꝙ menſtrua mulie-
ribus in fine menſis, ⁊ non in princi-
pio, ⁊ medio eueniant, nulla alia eſt
iuſta cauſa ꝙ natura vt ſupra inno-
tuit, cur ⁊ periodi ſeptenarię, aut, q̄-
ternariæ, non erit ipſa cauſa, ſine hoc

ꝙ

ꝙ aliam inquiramus: item ꝙ vitales
ſint ſeptimeſtres, mortales vero oc-
timeſtres, ⁊ ꝙ pueris ſeptima anno
rum periodo, ⁊ decimo quarto ęta-
tis anno, ⁊ dentes erumpant, ⁊ pu-
beſcant, nulla alia aſignatur cauſa
preterq̄ ipſa natura ſic ſe ordine mo
uens. Cur merito ⁊ illius periodi
qua mouetur in morbis ad eorum ꝓ
pulſionem non erit illa cauſa eſt cer-
te, cum non minus debeat ordine mo
ueri ſanitatis tempore, q̄ morbi, de
ſinant ideo ab hinc noſtri commilito
nes cæleres, ⁊ raptos celorum mo-
tus lunę, aut aſtrorum, inquirere, aut
numerorum oſtentatam imaginationē
elidere, ſiue alias inutiles cauſas ꝓ
palare, quæ nullam veri rationem cō
tinent, ⁊ ad naturam merito accedāt
quę cum miro ordine, ⁊ perpetuo in
ſuis actionibus moueatur, ſic hos di
es

es ordinatos ſeptimum videlicet, & quartum, ac ex his conflatos eligit ad morborum fugã: hoc quoq; ex ſua intrinſeca ratione naſciſcitur, & non ex extrinſeca alia cauſa.

¶ CAPVT. 15. IN QVO INDICAtur ipſam naturam ex ſe maxime amare ſeptenariam periodum in omni opere.

Quod vero natura ſeptenariam periodum ex ſe amet, in omni opere exequendo, ſemperq; fere in ſeptimo circuitu mutetur, hoc palam fiet ei, qui eius opera ſcrutatus fuerit. In ſeptimo enim annorum curriculo dentes pueris mutari & alios nouos gigni cernimus, quia ſeptimus circuitus eſt, ſa mellis. 14. anno, & vbera attolli, & menſes eorum pere conſpicimus, & maſculos pubeſcere, quia duplicatus ſit ſeptenus. Idem

Quod natura ex ſua ĩtrinſeca ratione in ſeptimo moueatur, & ſeptimam periodum ſummo opere amet.

Idem clarius innoteſcit ex ſeptimé-
ſtri partu quo in menſe quia ſeptena-
rius eſt, ⁊ fetum vitalem eſſe experi-
mento conſtat. Quod minime in octa-
uo euenire comperimus, eadem ra-
tione, ⁊ fetum qui nouem menſibus
⁊ ſeptem diebus fit vitalez appellat,
Hipp. libro de carnibus, quia ad ſep
tenariam periodum rationem, ⁊ nu-
merum habeat: octimeſtrem vero fæ
tum inuitalem ſtatuit, quia nullã ad
Hipp. ſeptenariam periodum rationem ha
beat: tanti enim fecit Hipp. libro de
carnibus ſeptenariam periodum, ac
eam in ſuis operibus naturam tanti
feciſſe, vt hac de re pueros ſeptimo
menſe natos vitales faciat, quia ſep
tenarium hebdomadum numerum
impleant, ⁊ in ſeptena periodo heb-
domadum naſcantur. Cum ſeptem
menſes, ex Hipp. libro citato dies cõ
ti-

tineant ducentos, & decem, qui dies tres ſeptenorum decadas, ſeu denanos complent. Indeq; euenit vt cũ tribus ſeptenorum denarijs ſeptimeſtres naſcantur, partus vitales ab Hipp. fiant merito: nouem vero menſibus, & decem diebus eadem ratione partus vitales cenſet, quia ſeptenarium numerum in ſe habeat, cuius ſeptimi ratione vitales ſunt cum nouem menſes, & decem dies ducentos & octoginta dies ex Hipp. eodem libro contineant, qui dies quatuor ſeptenorum decadas complent, indeq; hac re vitales ſunt, quia ſeptenorum rationem inſequantur: octimeſtres vero Hipp. eodem loco notat mortales quia minime ſeptenorum rationẽ inſequuntur, cum octo menſes ducentos, & quadraginta dies habeant, in quibus facta computatione ratio ſep

timi non ſit, vt cuiq; computanti no
tum euadit. Indeq; cũ octimeſtres
in ſeptimo non fiant: hacq; dere ex
natnrę lege nõ ſuccedant, merito ſit,
vt a cauſa violẽta & pręter naturam:
morbificaq; talis partus eueniat, in
deq; lethalis ſit. Quod ita euenire
Hipp. lucidius nobis expreſsit, li-
bro de octimeſtri partu, vbi cauſam
cur plerumq; non uiuãt ea; eſſe ait,
ꝙ eo menſe periculoſa, et grauis ſit
uteri geſtatio, tum eni; periculoſius
ſe habere pręgnantes, et in utero tu;
grauiſsima pati ſimptomata: et ſi pa
riant duplici labore oppreſſas & par
tus, & ęgritudinis, infirmiſsimas fie
ri: vnde partus debilior ex his cau-
ſis redditus raro diu viuat, cui ratio
ni maxime adhęrent quę ex quotidia
no vſu fieri cernimus, cu; ſi quę fęmi
nę vegetiores, robuſtioresq; ſunt, ſo
lent

lent, octauo menſe parere vitales, quales i Hiſpania inueniri ſcribit Auicenna, libro de natura animaliũ & Ariſtoteles ſeptimo de Hiſtoria animalium capite. 4. in Egipto. Ande friuola eſt, opinio illorum qui opinantur hac re octimeſtrẽ lethalẽq; fœtus i ſeptimo mẽſe conetur egredi & i conatu ledatur, qui ſi octauo exit, vt pote nondum ſuę incolummitati reſtitutus viuax non ſit, attamen nos Hipp. ſententiã ſuperius traditã vt veriorẽ amplectimur, ſic & ſeptẽ annis, lib. de carni. pueris dentes exire dixit, q2 in ſeptẽ annis ratio ſeptenorũ ſeruetur, cũ ſeptẽ ãni trecẽtos, ac ſexaginta ſeptenarios ratione, ac numero exacte cõtineãt, vt ibi Hip. notat, qd & eodẽ libro cõfirmat, cũ hoĩs vitã ſeptẽ dierũ eſſe cõſcripſit, cũ ſeptẽ dierũ geniturã oĩa ea cõplete

 ha

habeat, quęcunq; corpus habere debet, perfectamq;, & completam omnium membrorum eformationem, & delineationem habeat, quod intra ſeptimum diem fieri dixit ſeptimi ratione. Eadem de re, & ſeptem diebus hominem ſine cibo, & potu, ſuperſtitē eſſe ſeptimi occaſione dixit: ſed reſtat hoc loco non mediocre dubium diſcutiendum quod circa Hipp. verba oritur, & non mediocrem inculcat ambiguitatem. Cum in hoc textu aſſeueret fœtum in ſeptimo a conceptu die integre delineatum eſſe omniumq; membrorum in ſeptimo effigiem manifeſtam habere. Quod ex quotidiana fęminarum experientia comprobat: cuius rei contrarium libro de natura pueri promit, quo loco ſic ait, & factus iam eſt puer, & ad hoc peruenit, fęmella quidem in quadraginta diebus

bus, vt longiſsime primaꝫ coagmen
tationeꝫ, ac coarticulationeꝫ accipi
ens, maſculos vero vt longiſsime in
triginta diebus, vt plurimũ enꝫ hoc
tp̄e, aut paulo breuiore, aut paulo lõ
giore, articulatio ipſis contingit, ⁊
eodeꝫ libro infra ſic. Multæ aũt mu
lieres pueruꝫ maſculuꝫ iam perdide
runt paulo ante trigeſimuꝫ dieꝫ, ⁊ in
articulatus apparuit: quę aperte ad
uerſantur priori ſententię: quos locos
ſic cõciliamus dicẽtes in libro đ car-
nibus Hipp. loquutuꝫ de manifeſta
fętus formatione, non vero comple-
ta, ⁊ ad vnguem elaborata. Cum in
ſeptimo die oĩum mẽbrorũ fętus de
lineationeꝫ adeptus ſit, attamen ita
imperfectã, vt maioreꝫ, ⁊ completio
reꝫ elaborationeꝫ deſideret, quaꝫ in
trigeſimo, aut quadrageſimo ſecun
do a conceptu die conſequi Hipp. in

libro de fetus natura dixit: & ſic appa
ret in omnibus ſibi conſentientem
eſſe Hippocra. nec ſibi contradice-
re. Sed quid pro Ariſtotelis defen
ſione, qui libro ſeptimo, de animali-
um hiſtoria, capite tertio, aduerſus
hanc Hippocratis ſententiam dixe-
rit. Geniturам in ſeptimo a conce
ptu die informem eſſe carunculam,
& hac re corruptiones que antequa
dragesimum feminis eueniunt, non
abortus, ſed effluxiones appellari
ſcripſit, quia eo in tempore nullam
formam ſint adepte. Ego vero in
tanto grauiſsimorum virorum diſſi-
dio meam falcem immittere non au
deo, licet plus in his rebus medicis
Hippo. conſentiendum, q̃z Ariſto-
teli ducerim. Sed de hoc ſatis, et
ad penſum redeamus: nec ſolum in
ſano ſtatu ſeptimi efficaciam obſer-
uauit

uauit Hippocrates, imo in ægro, cuȝ apud ipſum ſit celebratum loco a me ſupra tacto, tertio aphoriſmo: Puerulis plurimas diutinas affectiones & ſeptem menſibus, et ſeptem annis terminari; hocqȝ ſeptenarij efficacia.

HOc idem colligere poſſumus ex Cicerone, qui ita ſeptimum extollit veneratur, ac prædicat, in libro de ſomnio Scipionis, hacqȝ d̃ re Scipioni quinquageſimum ſextum etatis annum agenti, felicitatem promittit, propter ſeptimi rationem, cum quinquageſimus ſextus annus ex octo ſeptenis conficitur. Eodemqȝ libro ſeptimum, & numerum perfectiſsimum, & omnium rerum nodũ eſſe conſcripſit. Nodum eum merito

appellans, ꝙ omnes res inter ſe diſtantes, ſibiq; ſumme oppugnantes in conſortium, amicitiamq; redigat: vnde Macrobius doctiſsimus, lib. 1 in ſomnum Scipionis, capite quinto ita ſeptimum commendat, vt totam corporis noſtri fabricam ex ſtratonis & dioclis ſententia per ſeptenarios diſpenſet: vt ſecundo ſepteno a conceptu die dicat guttas ſanguinis i ſuperficie folliculi, in quo fetus continetur apparere, tertio ſepteno demergi eas introrſum, ad ipſum conceptum humorem, quarto ſepteno, humorem ipſum coagulari, vt quidam veluti inter carnem, & ſanguinem liquida adhuc ſoliditate conueniat: quinto vero ſepteno fingi in ipſa ſubſtantia humoris humanam figuram magnitudine quidem apis, ita vt in illa breuitate membra omnia, & deſignata totius

Macro.

corpo

corporis lineamenta conſiſtant: ſexta hebdomade, iam membra diuidi, ſi maſculus ſeptima hebdomade, ita poſt partum, vtruz victurum ſit quod effuſſum eſt, an in vtero ſit præmortuũ vt tantummodo ſpiritus naſcatur ſeptima hora diſcernit. Vltra hunc enĩ numerum harum horarum, quę pręmortua naſcuntur aeris halitum ferre non poſſunt quem quiſq3 vltra ſeptem horas ſuſtinuerit: item poſt dies ſeptem iactat reliquias vmbilici, & poſt bis ſeptez incipit ad lumen viſus eius moueri, & poſt ſepties ſeptez habere eam, & pupilas, & totam faciem vertit ad motus ſingulos videndorum: poſt ſeptem vero menſes dentes incipiunt mandibulis emergere, et poſt bis ſeptē, ſedet ſine caſus timore: poſt ter ſeptem, ſonus eius in verba prorumpit: & poſt quater ſeptem, non

ſolũ

ſolũ ſtat firmiter, ſed & incedit: poſt quinquies ſeptẽ, incipit lac nutricis horreſcere: poſt annos ſeptẽ, dẽtes q̃ primi emerſerãt, alijs aptioribus ad cibũ ſolidũ naſcentibus cedunt: eodẽ q̃ anno, id eſt ſeptimo plene abſolui tur integritas loq̃ndi: poſt annos aũt bis ſeptẽ ipſa ętas neceſsitate pubeſ cit, tũ enim moueri incipit vis gene rationis in maſculis, & purgatio fæ minis: his, & alijs ſimilibus doctiſsi mus Macro, locis pręcitatis ſepte ni perfectionẽ, & efficaciã in opibus naturæ obeũdis inſinuat. Hacq̃ ra tione Ariſto. li. 7. de hiſto. aĩal. c. vi. recẽs natis puelulis noĩa ſeptimo die iponi ſolere ſcripſit, tãq̃ ſaluti puero rũ iã magis credamus: cũ poſt ſepti mũ liberi ab epilepſia materno, vide licet morbo ipſorũ ſint: ante ſeptimũ vero minime. Ex quo facile eſt vide re quãti fecerit Ariſt. ſepti. Añ meri

to Alex. aphro. ſũmus poſt Ariſt. phi.
ſec. 5. probl. probl e. 46. huius nume-
ri ꝑfectionẽ multis rõibus cõfirma-
uit, hocqꝫ nõ ex arith. rõe vt ferreri⁹
⁊ pleriqꝫ, ſatis idocte fecere: q̃s curio
ſus lector ex hoc auth. reqͥet. Ego ṽo
horũ oĩum natura cauſa ſit, ⁊ nõ ſit ex
triſeca. Sed ꝙ a ſe, ⁊ nõ aliũde hunc
mouẽdi ordinẽ ꝑ ſeptenarios nãciſca
tur, ꝯſtare arbitror: ꝙ ĩ his oĩbus nul
la apparet aſtroꝝ ac lunæ figuratio,
aut ꝯcurſus, q̃ poſſet agere ꝙ ſeptime
ſtris vitalis, octimeſtris lethalis ſit:
nulla certe vel Pico mirãd. teſte, q̃
li. 3. aduerſ⁹ aſtro. c. 18. nitit̃ refellere
ſentẽtiã illorũ q̃ hac re octimeſtres læ
thales aſſeuerẽt, qꝛ ſaturn⁹ maleuol⁹
plãeta eo ĩmẽſe viget, ⁊ ſeptimeſtres
vitales, qꝛ iuppiter benignus planeta
eo ꝑſit mẽſi: cũ hi nullã nobis ſciẽtifi-
cã rõẽ exhibeãt ꝑter nudã, ac nugacẽ
ꝯplationẽ, ꝙ, ſ. iuppi. 7. menſi ꝑſſit, ⁊

Saturnus octauo, & q̄ in primo partus menſe ſaturnus, quia primus ſit planetarum regnet, & in ſecūdo menſe luna, vigeat, & ſic de cęteris. Quibus aſtris in ſeptimo menſe finitis dicunt iſti iterum in octauo menſe ſaturnum retrogradu curſu regnare, & hac ratione octimeſtres lęthales eſſe, & in nono lunam: cuius gratia vitales nonimeſtres exiſtunt: quę omnia iſtiuſmodi aſtrologorum dogmata cum nullam demonſtrationem habeant mera figmenta ſunt. Cum ita q; nulla ex cęleſtibus corporibus excogitari poſſit cauſa huiuſce euentus merito in ipſam naturam ſicſe mouētem in ſeptima periodo dierum redigere debemus: quod Hippo. li. p̄dicto notauit, qui cauſam huius effectus, non in cęleſtes cauſas ſed in ſeptimam circulum retulit; eadem ratione

Impugnatio Aſtrologorum circa rationem octi meſtris, & ſeptimeſtris partus.

Hipp.

ne cur ſeptimo anno dentes erũpant pueris, non conſtelationem aſtrorũ que nulla eſt, ſed dierum ſeptenarium numerum dixit. In naturam itaq; hi effectus ſunt redigendi: ex quo dicimus quod cum natura in ſuis actibus ſemper ſeptenarium circuitum ſeruet, et huius actionis ea cauſa ſit, & nulla alia aſignari recte poſsit. Quod ſimiliter in morbis propellendis, & eorum cauſis propulſandis ſeptimum hunc dierum circulum ſeruet. Cui deniq; non exploratum erit vt cũ natura valetudinis ſtatu multas agat ex ſe operationes in ſeptimo, non ſimul eas in morbis ſit factura, & eundem circuitionis modum quem ſanitatis tempore obſeruat, in morbis ſit ſeruatura, & cum in ſanis per ſeptimum moueatur, in egris eodem modo moueri debeat: ex quibus omnibus palã ẽ, quod

Natura ita inſanis, ac in ęgris ſeptimo moueri ſolita eſt.

quod in preſenti probare intendimus videlicet, naturã perpetuo moueri ſeptimo circulo ſolitam. Hoc q̃tã inſanis, q̃z in ęgris ex ſua intrinſeca ratione, nanciſciꝛ nõ aliunde, vt falſo memorię multi prodiderunt.

## ¶ CAPVT. 16. IN QVO TESTImonia Hipp. & galeni, adducuntur, nec nõ euidentes rationes, quibus facile perſuadetur naturam eſſe ſolum cauſam dierum creticorum.

Teſtimonia Hi. & ga. q̃bus ꝓbatur naturam eſſe criſimorum cauſam.

NE vero aliquis ſibi ꝑſuadat, hoc a me inuentum eſſe Hipp. ꝛ galeni capita quibus hanc meam ſententiã confirmant, in preſenti proponam: legimus apud Galenum libro. 1. de creticis diebus, capite. 11. ubi agit de criſium perturbatione ob medici errata in hunc modum, committuntur aũt quędam

da peccata ab ipſo ęgroto uidelicet quędã a medicis his admirandis pu tantibus, niſi quis introgreſſus ad ę grum, deinde ſuccingens ſe, uel cata plaſma impoſuerit, uel perfuderit, uel clyſterium indiderit, uel uenam inciderit, uel cucurbitulas adiunxe rit, uel confricuerit, uel nutrierit aut huiuſmodi, aliud factitauerit, nihil ab ipſo geſtum eſſe artificioſum. Hi ergo quotiens ad ęgrum accedunt, totiens peccant, non igitur iudicium in ſeptimo die, ad quem paratum e= rat, fieri poteſt, tot interea erroribus admiſsis: quandoquidẽ naturę mo tus ſtatutis periodis proſui ratione contingit, interim tamen ab exterio ribus peccatis circuitus ſeruari pro hibetur: ſic itaq; Hipp. vndequaq; admirabilis inquit natura omnino ſufficit, prohibet autem hanc ex= trin Galen.

trinſecus, cataplaſma, inunctio totiꝰ, et partis irrigatio: hactenus Galeni ſeriem ſcripſimus, per quam luce clarius inuenimus Hipp. et Galenū aſſerere naturam, motus ſemꝑ ordinatos efficere, hocq́ꝫ ex ſe, ac ex ſua intrinſeca ratione, & non ab aliquo extrinſeco ei aduenire. Cuꝫ dicant naturę motus ſtatutis periodis pro ſui ratione euenire, nā quid queſo ꝓ ſui ratione aliud eſt, q̄ꝫ ex ſua intrinſeca ratione, & de per ſe facere: quod & Galeni mente Hipp. idem ſentire eodem loco oſtenditur, cum dicat ex Hipp. naturam omnino ſufficere, ad iudicia agenda. Quid enim aliud eſt naturam omnino ſufficere, q̄ꝫ eaꝫ ex ſe, & non ex extrinſeca, cauſa hunc ordinem dierum ad morbos iudicandas eligere. Nam ſi adminiculo egeret, non omnino ea ſufficeret vt Hip. ſcri

ſcribit. idem apud Galenum libro. 2
de creticis diebus, capite. 2. in hunc modum. Ratione vero quemadmodum iudicari experientiam conuenit poſt hęc enarrabo naturalem eſſe cõuenit, qui hęc iudicet, ⁊ perſuaſſum habere naturam prorſus ſufficere, ⁊ ſumma quadam prouidentia corpori noſtro proſpicere. Item proprijs etiam motibus vti aſtruit: per quę clariſsime inſinuat ꝙ natura ipſos ſuos motus ordinatos faciat, ⁊ motuum horum ordinatorum ipſa cauſa ſit, cũ ſibi proprios dicat, illud autem, (vt phiſicis theorematis eſt notũ) quod proprium eſt, alicui ex ſe, ⁊ non aliunde habet, alias non eſſet ſibi proprium, ſed extrinſecum ⁊ alienum: ſi igitur proprium ſibi eſt, ordinem in ſuis actibus ſeruare, vt Galenus hic dicit: atqꝫ hac re intrinſecum, nõ eſt,

Galen.

ꝙ extrinſecas, ⁊ alienas cauſas horũ dierum inueſtigemus: quod eodem

Galen.

capite, infra confirmat ſic. Nam cuiuſqꝫ animantis fetui ſui generis ſtatutum tempus exacte ſeruatur: natura videlicet ordinatos motus ſemper habente, ⁊ parum infra eodem capite: iam vero qui libros de naturalib⁹ facultatibus perlegerit, item alios quos particulatim de ſingulis actionibus naturalibus conſcripſimus, ꝑſuaſſum opinor habebit, quantū prouidentię ſimul ⁊ ordinationis naturę motus habeant, ⁊ eodem capite copioſius ſic, expedit igitur medicum qui

Idem galenus.

Hip. arte dignus futurus eſt, ſiquid aliud hoc certe perſuaſſum habere, atqꝫ ſic ad experientiam indicandaꝫ progredi: nimiruꝫ naturaꝫ rem quã daꝫ ordinataꝫ eſſe, ⁊ cuꝫ materiã ſuperauerit: proportionibus quibuſdã

de

definitis, & periodis ordinatis, motio nes ipſius fieri: quibus verbis luce clarius indicat, naturam criſes, & iudicia facere per ordinatas periodos ſeu dies. Cu3 videlicet cauſam mor biſuperauerit: indicat item Galenus hoc loco modu3 quo natura iudicia faciat, ac creticorum dieru3 ordine3 conſtituat, videlicet natura cauſas morbi vincente, ac propellente, ſic e tenim iudicia in morbis a naturali fa cultate expultrice fiunt teſte galeno hoc loco, & 3. de diebus creticis, cap. 8. hoc ide3 ex galeno notu3 vltimo e uadit ex 3. de criſibus cap. 10. vbi ſic ſcriptū reliquit: determinati ſiquidē ſunt atq3 ordinati naturę motus: cu3 vali da fuerit, & materię dn̄atur, & pprias operationes opat, ex quibus oibus liq̄t criſimorū cā3 pcipuā, ac veriſsimā eē mēte hip. & gal. ad naturā3 referri q̄

Quomodo natura iudicia faciat,

ordine ſemper mouetur: verũ pręter ſam adducta teſtimonia ratio ipſa ſuffragari videtur in hunc modum: illa cenſenda eſt alicuius effectus cauſa ad cuius ſolum variationem, & mutationẽ ſuccedit effectus varius. Sed permutata, variataq; natura ſolum dies iſti variant, & mutantur: ad cęleſtium vero mutationẽ nequaq̃. Ergo ſolum natura horum dierũ eſt cauſa: & iſta ſit efficax ratio ipſe Galenus ſuperius inſinuauit, libro videlicet. I. de creticis, capite. I I. & per vniuerſos criſimorum libros idem ſcripſit. Cum ſæpiſſime fateatur diſtracta, & incitata ſolum natura ab erroribus externis, aut medici, aut ęgri criſes, & dies iſtos variari, quod nullo modo eueniret, ni ad naturã iſte dierũ ordo refereretur. Attamen variatis ſuper cęleſtibus corporibus

Rationes validę ad ꝓbandum naturam eſſe ſolã cauſam, dierum criſimo rum.

no

drargyrū calidū eſſe, ⁊ nō frigidū
(vt iſti dicunt) ſtatuit ſic. At ſunt quę
tota eſſentia nobis contraria ſunt,
proinde ſi vel minimum ipſorū aſum
ptum fuerit, omnino ledat neceſſe eſt
ſeu dryopteris, ⁊ pytio campe, ⁊ pta
ſia, ⁊ ſolanum manicum, ⁊ hydrar-
gyros, ⁊ fungorum nonnulli, prete-
rea ſaliua, ⁊ fel venenatorū aīalium
nam talia omnia genere ſunt delete-

 ria

ria, non quantitate: quo textu hydrar gyrum inter calida venena connume rat. cum venenum toto genere, & nõ quantitate appellet, nam quę frigi da venena ſũt: q̃ntitate venena appel lat Ga. & nõ toto genere, li. 3. de ſim pli. ca. 18. eãdẽ adducit ſentẽtiã. li. 4 de ſimplicibus cap. 18. ſic. Similia ſunt quę a corporis nimirum calore huc perducuntur: velut chalcitys, myſi, ſori, ad hęc arſenicum, hydrar gyros, lithargyros, & alia innumera, craſſarum, ſunt enim partium id ge nus omnia, ac poteſtate calida, ac proinde temporis ſpatio accenſa per eam, quę eſt in animante mutationẽ non aliter q̃z lapis, ferrumq; ignitũ ventrem tum exulcerant, tum exe dunt cum ſcilicet in corpus diſtribui pre grauitate haud poſsint: quo in textu clare inſinuat hydrargyrum ca

Hydrargirum calida temperie p̄ditum, & nõ frigida.

calidum eſſe, et quia craſſę ſubſtantiæ ſit, plurimum detentum in inteſtinis accendi: et ea, exedere, et adurere, cuius ſententię primus aſſert, dioſcorides fuit, qui libro. 5. de medicinali materia, capite. 60. hydrargyrum ſiue argentum viuum venenum eſſe, et ſuo pondere inteſtina exedere ſcribit. Ex quo elicitur, ſecundum dioſcoridem (inſtar Galeni) calidum eſſe, et non frigidum: cum ea, quę exedunt, ac exedendo interimunt, immodice calida ſint: exeſsio enim caloris imodici, vt liqt ex Gal: eodē quinto de ſimplicibus. ca. 18. opus eſt. In quo loco obiter notatur Andreas Lacunas, qui inepte ſatis hęc Dioſcoridis verba, capite de hydrargyro eſt interpretatus. Quo loco vbi dioſcorides ſuo pondere inteſtina exedere ſcribit

Omnia exedentia cali.

Notatur Andreas lacunas.

ipſe interpretatur, Suo pondere inteſtina rumpere, quæ interpretatio ſatis ridicula, & extra mentem authoris eſt, cum ruptio a quãtitate fiat, exeſsio vero & corroſio, ab acuta, et mordaci qualitate: nec enim hydrargirum hoc modo venenum exiſtit, ꝙ ſuo pondere inteſtina rumpat, vt falſo Lacunas dicit, ſed quia ſuo pondere, & quantitate multam moram trahens in inteſtinis ea, corrodat, adurat, & eredat ſuo acuto, & immodico calore. Et hoc eſt ꝙ Galenus textu ſuperiore indicauit, & dioſcorides hic videant, qui addicti nimium ſunt lacunę, quantum in rebus ita conſpicuis cecutierit, & quanta cum cautione, ſtudioq́; liceat eius explanationem circa dioſcoridis textum perlegere. In qua hæc, & alia innumera errata inuenire quenq́;, eſt in confeſſo

Quomodo ſit venenum, hydrargyrum.

Lacunę commẽtaria circa dioſcoridẽ, cum cautiõe legẽda.

neq́;

neq; eſt q nos turbet chymiſtorum opinio aſſerentium hydrargyrum in actiuis, & paſsiuis qualitatibus tem peratum, quoniam iſti cum argentuz viuum omnium metallorum cum ſul phure materiam faciant, edocti ab A riſtotele in metheoris, hacq; de re tẽ peratum ſtatuunt. Cum omnius me tallorum prompta materia ſit, nos ve ro aliter ex grecis aſſumimus. Et ra tio ipſa ſuffragari videtur: cum pene tratio illa maxima q̃ hydrargiro ineſ ſet, & ſudoris eximia actio, a calore prorrumpãt: vt ſupra ſatis ſuperq; ex Galeno indicaui. Unde anxia, & ſtri catu facilis contentio Arabũ ab hic iure a ſapientium animis recedat, q̃ conãtur proterue indicare hydrar gyrum frigida eſſe facultate preditũ. Ex eo, q qui in ipſius fodinis, ſeu for nacibus diu immorantur paraliticis con

Hydrar gyrum, cum ſul phure metallo rũ mate

Impug natur o pinio A rabũ de hydrar,

conuulſiuis, epilepticis, trementibuſq; affectionibus detineantur, & neruorum nimijs vitijs moleſtentur, quę vitia ſecundum hos, nulla alia eueniunt ratione, niſi quia cum frigidũ ſit neruos penetrando afficit, & debilitat, et calorem in eis innatum extinguit, hacq; dere has parit affectiones. In quo maxime decipiuntur neſcientes diſtinguere id, quod de per ſe fit, ab eo q́ ex accidente: quippe hęc omnia opera fiunt ab hydrargyro ex accidente eodem modo quo vinum meracum copioſe ingeſtum ſolet haſmet affectiones ex accidente producere ſuo immodico calore natiuum neruuorum extinguendo: ita pariter hydrargyrum immodice calidũ cũ ſit ſuo imodico calore natiuũ neruorũ extiguẽdo has efficit ex accidẽte affectiones: verum ex ſupra dic-

Quę ab hydrargiro ex accidente fiant.

tis

tis reſtat ſoluendus ſcrupulus erga hydrargyri penetrationem, et ſudoris actionem, nam cum ex Galeno conſtet. 18. capite. 5. de ſimplicibus, ſolum ea, penetrandi, et ſudoris ciendi vi pollere, quæ præter hoc quimmodice calida ſunt, et tenuis eſſentiæ eſſe ſortiant, attamẽ hydrargyri eſſẽtię cõtrarię ſit videlicet craſſæ, terreſtrisq́3, vt ſupra ex Galeni locis fuit exploratum, vnde videtur nullam ei ineſſe debere penetrandi, nec ſudoris ciendi facultatem, cum denſæ eſſentiæ ſit & hac re tarde, & diutius penetret, nec ad penitiora poſſit deuenire: quẽ facile ſoluemus, ſi intelligamus hydrargyrum preter partium ſuarum craſſitiem alias habere ſubtiles, tenuesq́3, & igneas partes ob quas & penetrat, et ſudorem cit. Quoniam ni has in ſe haberet cum

Obiectionis ſolutio.

craſſę eſſentię ſit minime penetraret, nec ſudorem cieret. Secundum igitur has & penetrat, et ſudorem facit, ſecundum vero craſſas inhęret, et exulcerat, ac exedit. Accedit pariter ad noſtram, et græcorum ſententiam de hydrargyri calore confirmandā aliud nō ineffficax experimentū, quod ex pernitioſo et ſatis mortifero veneno (ab Hiſpanis vulgo ſoliman dicto) deſumitur. Quod lęthale venenum ex hydrargyro per viam ſublimationis fit: indeq; argentum uiuum ſublimatū latine dicitur: hiſpane uero corrupto ſublimati nomine Soliman uocatur: hoc uero uenenum tam intenſo calore corpora afficere conſpicitur ut (ignis inſtar) breui corrodat, exedatq; interna: quod arguit hydrargyrum, ex quo fit calidum eſſe intenſe, cum ex Galeni ſenſu in aphoriſmis

De argēto viuo ſublima.

mis

nis liqueat effluxus, similitudinem ſubſtantiæ a qua defluunt, ſeruare, ſi itaq; frigidum eſſet nequaq; ab eo per ſublimationem efflueret ita calidum uenenum. Sed potius frigidū cum vero aliter nobis conſtet, uidetur ſatis ex experientia acceptum hydrargyrum admodum calida natura præditum. Cum ex eo ita calidū et corroſiuum uenenum fiat. Et hæc de hydrargyro ſatis ſunt.

¶SEXTVM CAPVT, IN QVO ſententia cuiuſdam non vulgaris medici huius oppidi eliminatur: & graduale temperamentum huius radiculæ adducitur.

Quo circa non poſſum medicum quendam huius inſignis vrbis ſatis doctum non adhortari

tari, qui, habito cum eo ſermone de ſudorem prolectantibus quod calida eſſet auſus ſit aſſerere, non propterea hanc radiculam calidam eſſe quod ſudorem ciat, cum videat, & aquam iuueni calido, & carnoſo, & in æſtate conſtituto applicitam ſudorem copioſiſsime ciere, quam conſtat frigidam, & non calidam eſſe, ita hanc noſtram radicem eſſe, quæ licet ſudores faciat (inſtar aquæ) frigidam eſſe: quæ hominis ſententia plane a vero diſsidet, cum neſciat diſtinguere id, quod de perſe euenit, ab eo, quod ex accidente vt vnius cuiuſque medicamenti ad amuſſim propriam naturam, & temperiem dignoſcere poſsit: in hoc enim diſsidet id, quod de perſe operatur, ab eo quod ex accidente, quod quæ de perſe operantur, ſemper vnum, idemque efficiunt. Siue in calida, ſeu frigida.

regione, ſeu calida, ſeu frigida tem peratura, ſiue calido, ſeu frigido Anni tempore applicentur. Quę vero ex accidente agunt e contra, non ſemper eundem effectum pre ſtare, ſed aliquibus aut Anni temporibus. Et regionibus, & corporis conſtitutionibus: ita aquam frigidam deper ſe appellamus quod hunc eundem effectum infrigidandi ſemper in omni tempore, ętate, conſtitutione, & regione preſtet vbi corpus contingat. Calidam vero ex accidente iudicamus. Cum non ſemper calefacere inſpiciamus ſed aliquando vbi videlicet calido, carnoſo, & Iuuenili corpori applicetur tum enim ſua immodica frigiditate caloris: ad interna facit reuocationem, alter ve

In quo differãt quę deper ſe operantur, ab his quę ex acci.

vero ſemper refrigerat: vt Galenus
Galen, aperto ſermone inſinuauit.1.de ſimpli
cibus,capite.4.cuius rei veram no-
bis præſtauit notitiã libro primo de
ſimplicibus.c.2.ſic proximum eſt, vt
quod ex accidente diſtinguatur ab
eo quod primario,ac per ſe, nam aqua
frigida,calorem quandoq; reuocat
cutem refrigerando,contrahendoq;
ac condenſando,ad id enim caloris
ſequitur reuocatio velut in.3.de tem
peramentis oſtendimus,rurſum cali
da quoq; ipſa ſæpe numero refrige-
rat excalfacientem nimiruum humo
rem digerendo:nam ſi his ad amuſim
diſtinctis ad inquirendæ facultatis
explorationem acceſſeris,haud faci
le mea quidem ſententia falli queas:
& in fine eiuſdẽ capitis ſic: ex quo cõ
ſtat ex eo,quod ſemper vnum idemq;
efficiat quo ad nos contingat medi-

ca

men, propriam eius iudicandam eſſe facultatem, ꝛ capite, 3 ſic, etenim q̄d ab initio, ad finem vſq3 appli[illegible]tum eſt, magis ſemper calſac[illegible], no ex accidente ſed ex ſua natura eſt tale. Sic etiam quod a principio, ad fine3 vſq3 refrigerat ex ſua facultate eſt frigidum, non ex accidente: ex his omnibus liquido conſtat maxime deceptum fuiſſe noſtratem medicum qui ex eo q3 ſudorem faciat, ꝛ frigida ſit aqua conetur probare. Ita noſtram radiculam licet ſudorem copioſum faciat frigidam eſſe, quippe decipitur in hoc q̄ neſciat diſtinguere id, quod ex accidente fit, ab eo, quod de per ſe nam aqua frigida licet ſudorē agat, cum non ſemper hoc faciat ſed ſolum in iuuene carnoſo, ꝛ calido, ꝛ anni tempore eſtuoſo, minime vero in hieme, ꝛ in ſene, ꝛ ex carni iuuene

An con

conſtat frigidam eſſe, hoc q̃z ex acci-
dente illi euenire per caloris ad in-
terna reuocationem: noſtra vero ra-
dix non ſolum in his, ſed in omni tem
pore, conſtitutione, ętate, & regione
ſemper ſudorem cit. Quod eſt argu-
mentum hoc illi de per ſe ineſſe, & ca-
loris ratione, non vero ex accidente
ſicuti aquę ineſt ꝙ Galenus ſupra
inſinuauit vbi in hoc ſolum diſtinguē
dam eſſe facultatem de per ſe, ab ea
quę ex accidente fit. ꝙ facultas de
per ſe, ſemper eundem effectum ef
ficiat ex accidente vero non ſemper
ſed aliquando, & raro ex quo deſumi
mus maxime aberrare illum qui cre
didit hanc radiculam non ex eo, ꝙ
ſudorem ſemper faciat calidam e-
ſſe: deſinant ideo qui hactenus
decepti ſunt Medici tam futili, &
innani argumento ſuam de hac her
ba

Salſa pa-
rrillam v
bicꝫ ſu-
dorem
ciere.

ha ſententiam falſo defendere, & no ſtram veriſsimis, (& ſi fas eſt dicere) euidentibus monſtrationibus firmatam amplectentur. Et ſic apparet maxime decipi aliquot huius vrbis Medicos qui non facta huius herbę diligenti inquiſitione (veluti vulgus imperitum facere ſolet) frigidam ſtatuant, ac in hoc laxis habenis cum inſano vulgo conuenient. Secus ab hinc cenſuros cum me iam audierint, & crebris experientijs, & maximis autoritatibus, & acutiſsimis rationibus calidam eſſe aſtruentem. Vnde ex rationibus a me ſupra memoratis affirmare auſim hanc hærbam, & calidam, & ſiccam eſſe in ſecundo gradu, vel in prima ſtatione tertij, & tenuiſsimarum, ſubtiliumque partium præ alijs medicamentis eſſe.

Admonitio in medic.

Gradu le temperamentum huius plan.

## ¶ CAPVT SEPTIMVM IN-quo radicitus euellitur alius error medici cuiuſdam huius vrbis

SEd interim proh dolor, dum me tam acriter huius radiculẹ tẽperiem elucidantem quidam ex hoc oppido medicus audierit meis rationibus veluti conuictus, ⁊ aliquantulum a ſuo errore deſiſtens. Calidam eſſe hanc radiculam in Hiſpania, conceſſit his vero occidentalibus, quibus innaſcitur regionibus, frigidam: quod quidem an error, vel inſania potius ſit, dubito, vel vtrunq; eſſe libenter concedo. Nam ſi calidam eſſe e ſua natura concedit, hoc temperamentum ſemper ei ineſſe in omni regione debet admittere: cum nullum medicamen

Error cuiuſdã medici.

mentum ſuam propriam deponere naturam conſtet, prout, in diuerſis regionibus ſit, & diuerſo ſolo naſcatur: ſic enim, & piper: allium, cepe porrũ anethum, & alia huiuſmodi, tam in orientalibus, quàm occidentalibus regionibus ſata calida ſunt: non vero vna regione frigida, alia, vero calida. Ita lactucam quæ noſtro hoc ſolo naſcitur frigidam eſſe conſpicimus ac illam, quę in Hiſpania gignitur, & ita de omnibus aliis herbis, & ſeminibus certo conſtat. Quis enim tan inſcius eſt qui hac noſtra mexicana regione ſatum feniculum non eiuſdem eſſe tẽperamenti ac quod in hiſpano naſcitur ſolo contendat? Sed hoc noſtrũ frigidum, aliud vero calidum aſſeueret: ſeruant enim omnia ſata ſuam propriam innatam q; temperiem, ſiue in Italo, ſiue hiſpano, ſeu indo ſo

Vbiq; plantę ſuam ſeruãt innatam temperiem,

lo naſcantur, licet pro diuerſi ſoli, ali
mentiq; ratione maioris, minoriſq;
rationem admittant: quod apud nos
in vitibus apparet que cum loca mu
tant pro alimenti diuerſitate diuer-
ſum afferunt colore, ſapore, & ſubſtã
tia vinum magis, minus ve calidum,
non vero frigidum. Et de alijs ſtirpi
tibus idem tradiderunt qui de agri-
cultura ſcripſerunt. Tranſportatæ e
nim ex alijs in alia loca ſepe minus
q; duorum ſtadiorum interuallo
multis modis, & ſecundum colorem,
ſubſtantiam, ſaporem, & temperiem
alterantur: non vero ita vt innatum
ſibi temperamentum amittant: hoc-
q; a Galeno fuit exploratum. His
eiſdem verbis libro tertio de ſimpto
matum cauſis, capite primo circa fi
nem. Verũ ſupra dictis obſiſtere vi
detur dioſcoridis ſententia. I. de bi-
ſto

ſtoria plantarum, capite penultimo,
quo de perſea arbore tractat, & aſſerit
q; hanc arborem cum in perſide ve Hiſtoria
nefica ac lethalis eſſet, tranſporta- d perſea
ta in egypto fructū dediſſe eſui aptū, arbore.
ac ſalubrē. quem ſenſuꝫ inſecutus Ga Galen.
lenus eſt, tertio de cauſis ſimptoma-
tum, capite. 1. circa finem. & 2. de ali-
mentorum facultatibus. capite. 36.
de perſea arbore. De hac arbore ſi-
militer ſub belenij nomine pͥus ſcrip
ſit Ariſtoteles, libro primo de plan- Ariſto.
tis circa finem, vbi in perſide letha-
lem, in Egypto ſalubrem eſſe ſcrip-
ſit. Ex quo loco vt credo, Dioſcori-
des hanc arboris hiſtoriam tranſtu-
lit. Huius arboris rationem eo-
dem modo nobis proponit, ſuo
carmine eleganti Columela, libro Colum.
de hortorum cultu, in hunc mo-
dum.

Nn 4 Ar-

Armenijs, & cereolis, prunisq; damaſci:
Stipantur calathi & pomis q̄ barbara pſis:
Miſerat, vt fama eſt patrijs armata venenis,
At nunc expoſiti paruo diſcrimine leti,
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocēdi,
quin etiā eiuſdem gentis cū nomine dicta:
Exiguo properant miteſcere perſica ſucco

Quibus in locis videntur adſtruere plantas et alimenti, regionisq; diuerſitate naturam, ac complexionē mutare: cum hæc arbor in perſide eſſet venenoſa: in egypto vero ſalubris que videntur ire aduerſus meam ſententiam, qua ſuperius probaui et Galeno regionum, nec alimenti diſtinctionem, non mutare naturam, nec rei propriam temperiem: attamē ſiquis acutiori mentis indagine dioſcoridis, et Galeni verba notauerit, facile percipiet noſtram magis firmari opinionem, non enim iſti viri intendunt perſeam arborem aliā fuiſ

ſeſ

ſe in ęgypto ab ea quę erat ĩ perſide (natura dico & ſpecie.) Sed eandem ſpecie arborem in perſide fuiſſe lethalem, in ęgypto vero ſalubrem: ita vt ex diuerſo alimento non naturã mutaret, ſed ſolum veneficam, ac noxiam vim. Unde ex medica ratione recte deduxerim perſeam non ex ſua intrinſeca ratione, & natura fuiſſe venenoſã ĩ perſide: ſed ob halitus quoſdam prauos, ac veneficos ex prauitate terrę elatos, & in miſtos confuſoſq; cum ipſo fructu, quorum ratione fructus mortiferus erat: quibus in ęgypto diſſolutis ob alimenti, & ſoli bonitatem eſui fuit aptus, nam ſi ex ſua natura eſſet venefica minime in ęgypto cum non amitteret naturam, amitteret deleteriam vim. Ex quo liquet hanc arborem non ex ſua ſubſtãtia vt opium, ac cicuta eſt, deleteriã fuiſſe

Interpretatio textus dioſ.

fuiſſe, ſed ex accidente modo ſuperius tradito. Et ſic intelligendus dioſcoridis textus eſt, quo dicit mutata a natura in cibos receptam, quo loco per naturam, non ſpecifica eſt intelligenda, ſed venefica. Unde ex hoc liquet maxime erraſſe qui hanc noſtram herbam in hac regione occidentali frigidam, in Hiſpania vero calidam contendit. Nos vero ſemper, & in quaq; parte calidam extimamus licet verum eſſe fateamur, hanc eandem radiculam in his noſtris regionibus minus calidam eſſe, q̃ in Hiſpania, aliiſq; locis ad que aduehitur: quoniam in hoc loco nimium humida eſt humoriſq; ſuperflui ratione minus euadit, calida cum humor calorem obtundat, in Europa vero ad quam exportatur magis calida ē propter humoris ſuperflui diſſolutionem

nem. Sic enim deposito humore ſiccior fit et hac de re calidior: cum ſiccitatem apud naturales conſtet caloriſſimam eſſe, videmus enim quę calida ſunt, quo ſicciora fiũt, eo calidiora euadere, vt videre eſt in melle, vino, oleo, et alijs id generis. Ex his certo conſtat, abſurde ſatis ⁊ extra philoſophię limites hunc virum alloquutum.

OCTAVVM CAPVT EXPRImens morbos omnes in genere, & vicioſos ſuccos, in quibus hæc herba ſalubrem, & innoxium p̄ſtat vſum, & in quibus ſecus.

VBi vero euidẽti demonſtratione ē a nobis elucidata inata huius radiculę tp̄ies, p̄ſtat ⁊ morbos ĩ mediũ ꝓponere ĩ q̄bus hęc

hęc antidotus maxime conuenit: cũ vero in morbis materialibus ſolum commodum præſtet vſum, cum medicamentum euacuatorium, & non alterans ſolum ſit. Placuit morbos materiales omnes ſufficienti diuiſione digerere, vt inde in quibus conueniat liquido cõſtet. Morbi materiales aut ex bile ortum ducunt quales ſunt eryſipelata, tertianæ febres puræ, ſeu intermittentes, ſiue continuæ ſint, phrenitides, maniæ, hemicraneæ capitisq; dolores ex bile, hemorrhagia, hæmorrhois, cholerę diſſẽteria, herpetes, & alij hoc generis. Alij ſunt q̃ ex atrabile genita ex aduſtione bilis flauæ, aut melancholiæ, & ſanguinis fiunt, & qui fiunt morbi ex pituita ſalſa quales ſerpigines, impetigines, cutis excoriationes, et vitia, vt ſcabies lepra Græcorum, ulcera totius cor-

po-

poris, aut partis putrida, et maligna qualia ſunt & chyronia, thelefiaq;, cancer, inueterata, vlcera, et alij hu-ius modi: Alij ſunt q̄ a ſanguine aut abundante, aut alterationem pei peſ ſo fiunt, ut ſunt ſinoche febres, dolo-res capitis, et totius corporis ex ſan guine orti, inflammationes tam inter ne, q̄ externe ut phlemon, carbuncu lus, furunculus, phima, phygleton, pleuritides, et peripneumonie, a-poplexie ex ſanguine, morbiq; om-nes ex copioſo ſanguine geniti. Alij ſunt qui ex pituitoſis, & craſsis humo ribus emanant, ut ſunt epilepſie. po dagre, et arthritides ex pituitoſo ſuc co orta, tumoresq; interni et externi edematoſi, quotidiane, et diuturnæ febres, hydropes, reſolutiones, co-matoſe affectiones, et lethargice, ca tharri, grauedines, diſtilationes, flu

rio

xionesq; oẽs ex frigiditate oborte lu
xationes, & q̇cũq; cũ frigiditate humi
ditatẽ admittũt, poſtremi ſunt qui
ex craſſis, terreſtrib9, & melancholi
cis ſuccis eueniũt videlicet ſchirri, &
ſchirroſi tumores, febres q̄rtane, ſtru
me melãcholie oẽs forme, & lienis ob
ſtructiones, hemorrhoidũ dolores, v
teri durities, varices, & quicũq; ex li
moſis ſuccis geniti in lõgi9 tẽpus ꝓ
trahũtur, hec ẽ oĩm morborũ materi
aliũ forma, in q̇bus oĩbus cõuenietẽ
maximeq; ſalutarẽ p̄ſtat vſu; huius
herbe exhibitio. Exceptis morbis q̇
aut ex bile aut ex ſanguine oriũtur, q̇
cu; calidi ſint ac ex ſubtilibus humo
ribus ꝓducti maxime nociuã eſſe cũ
calida ſit, liq̄t: maiore; calore; q̄; e-
quũ ſit cõparãs. Nõ itaq; in ſangui
neis, bilioſiſq; morbis hãc radiculã
offerre licet, ſecus vero, agẽdũ ĩ me
lan

lãcholicis, ⁊ pituitoſis affectionibus aut ex his cõbinatis, ſed ẽ ꝙ quis ob Obiec.
ijciat ſic, cũ oẽs ex aduſtis humoribus calidi ſint morbi, (cuȝ aduſtio oĩs ex calore ſit) videť nullatenus hãc herbã his ꝓdeſſe poſſe cũ calida ſit, maiorẽ eniȝ calorẽ in corpore gignet, ⁊ ſic aduſtionem validiorem efficiet, ⁊ morbos grauiores reddet: cui reſpondere licet maxime in his morbis prodeſſe ſolere, huius ãtidoti exhibitionẽ Obiectioni ſolutio.
cuȝ nobis ex frequẽti experiẽtia liq̃at ⁊ ulcera, ⁊ pituitę ſalſæ, ⁊ cutis õnes exulcerationes, ⁊ excoriationes, quę omnes iſtiuſmodi affectiones ex aduſtis ſuccis propagantur maxime ex huius potu iuuari. Cuius ratio eſt, quia cum in his morbis, acri bili, ſit miſta craſsities aliorum humorum, qua ratione bilis tum mordere craſsitudinis vi, ⁊ errodere

re carnē pōt, ⁊ ſic vlcerationes facere ꝙ per ſe cū ſubtilis ſit, non poſsit carnem errodere, ⁊ vlcerare quia non craſsitiē habet q̃ carni ſfigi ⁊ herere valeat, hac de re multum prodeſſe poteſt huius radiculę propinatio craſſam humoris partem, quę fomes aduſtionis eſſe ſolet diſſoluendo, ⁊ per halitum, ſudorem qꝫ copioſum educendo: vide quilibet hac ductus ratione hinc recte hac herba in profligandis, extirpandiſqꝫ morbis ex aduſtis ſuccis vti poterit.

❡ CAPVT NONVM IN QVO omnes affectiones, & morbi ſpeciatim adducuntur, in quibus hęc radicula ſalubriter commendari poteſt.

ET pręter hanc methodum generalem ſpeciatius his morbis auxiliari ſolet antidotus hęc, ⁊ pręſentaneum remediū eſſe

eſſe, experientia, ac vſu eſt a nobis comprobatum: ideoq; meritiſsime hanc herbam (vt quid ſacrum) gale nẽ vt ō ſua theriaca dixit Anorena chus eam libet appellare, quoniam ſeu ex quadam affectuum tempeſtate, tranquilitatem quandam, ipſam nem pe ſanitatem corporibus conciliet. Capitis igitur dolores longos, & vertigines ſanare, ad hæc auditus diffi- cultates, & oculorum hebetudines, & morbos ſedare poteſt: non unquã, & guſtus inſtrumentum laborans reficit. comitialibusq; ipſis vehementer ſolet auxiliari, copioſam ex capite hu miditatem abſumens, & liberum ſpi ritui tranſitum efficiens: iam & ſuſpi rioſos iuuat, cum craſſe quidem pitui tæ in pulmonis fiſtulis impactæ reſpi rare hominem prohibent, ſepe ſtoma chi vitijs mederi ſolet, præſertim ex fri

Capitis lõgis do loribus, maximo eſt commodo hæc rad.

Comitia libus au- xiliatur

orthonoicis valet

Stomacho mire medeẜ

Hepaticis, & lienosis sime dicatur.

Ictero ꝓdeſt & nephriticis auxilio eſt & difficili opitulatr vrinę

gſ lis humoribꝰ natis, ⁊ nauſea laborantem cibumq̃ non capientem ſuauiter reſtituit: hæpaticos quoq̃, ⁊ lienoſos affectus ſepe curat. Obſtructiones aperiens, ⁊ iocinoris, lienisq̃ affectibus vtilis: item arquatū morbum ſtrenue ſanat, ſepe liences ſchirro induratos, ⁊ epata, ⁊ omnes tā internas, q̃ꝫ externas duritieſ ſoluit, paulatim ſordidam, ſuperfluamq̃ in eis ſubſtantiam abſumēs. Conterit ⁊ renum calculos, ⁊ quicquid terreum, ſordidumq̃ in eis continetur facile expurgat, difficultatem vrinæ ſedat, difficilem ventriculi coctionem, imbecilitatemq̃ reficit, ventris oſculū excalfaciens exſiccans, ⁊ confirmans, ileoſis quoq̃, ⁊ diuturno coli vitio obnoxijs ꝓdeſt, omnesq̃ fluxiones pituitoſas arcet, ipſarum materiam abſumens, iam vero in mulieribus

ribus etiam menſes educit, ⁊ vte-
ri, ſedisq; hemorrhoidas ſup- Menſes educit.
preſſas ſubinde aperit, ⁊ vrinas copi
oſe cit, quin etiam podragicos, om-
nesq; in articulos fluxiones adiuuat Vrinas cit
atq; hac ratione etiam aqua inter cu
tem laborantes multum ſubinde iu- Podragicis prodeſt.
uat, dum humorem ipſos affligentem
abſumit, præſertim hydropas, quas
leucophlematias dicūt. Debet vero
ī vino ſumi ne aq̄ hydropicis noceat: Elephã.
quapropter etiam prauo corporis ha
bitui, (quem cachexiam dicunt) Conuulſis, & paraliticis.
optimum eſt remedium vt quę ſu
perflua digerat: hoc auxilij mo-
do Elephanticis crebro ſuccurri
tur. Ad hæc tetanos haud ra-
ro perſanat, conuulſionesq; om-
nes neruos calfaciens, ⁊ tenſi-
ones eorum relaxans, quemad
modum etiam partiū reſolutiones

 (quas

Vitiis cōuenit ex melā cholia & febri q̄r anę.

(quas paraliſes vocamus) ſepe cu rat, quippe vitia ſimul ex melancho lia ſedat hoc medicamen crebro exhi bitum, ſeu exhauriens, exugansq; a tram ex vaſis, & ſtene bilem quare & ad febrem quartanam pulchre con uenit, ſiquidem febris hęc ab atra bi le oborta prompte hoc medicamen to diſſoluitur ſi artificioſe ipſo vtaris eſt in ſumma vt rem hanc breuibus expediam omnibus morbis, & pitui toſis, & melancholicis, & ab atra bile aduſtioneq; genitis. Nec non mor bis omnibus quos, lues galica tenet maximo remedio: hęc itaq; ſunt, quę in catalogo quodam veluti compre henſa medici colligere merito poſſūt vt quibus morbis hac antidoto re cte vti poſſent ad manus habeant.

In morbo galico mirū eſt remedium.

¶ DECIMVM CAPVT. IN QVO

ętas, regio, tempus, & reliqua adducuntur,
in quibus, hac vti radice recte expediat.

SEd attendendū eſt nullatenus debere nos hoc vti auxilio in horum morborum ini-
tijs, quo in tempore multum nocet, cum ſucco ſua eximia vi-
rum temporis agitet, & moueat. Et
eos nequeat ob multitudinem diſsi-
pare, & abſumere: qui humor ex tunc
commotus, & non effluens, neceſſa-
rioq; ad præcipua membra decur-
rēs grauiſsimos morbos parit. Qua
de cauſa in morborum initijs mini-
me propinandum: hocq; conſilio e-
loquentiſsimi Galeni admoniti cui
libro. 5. Artis curatiuæ in morborū
medellis ſemper a leuioribus & remi-

Minime in principio morbi propinanda.

ſſioribusq; medicamentis eſſe in-
choandum, & poſtea ad vehementio
ra, et fortiora veniendum ſcripſit:
cum itaq; omnibus conſtet vehemen
tiſſimum eſſe medicamentum, ideo
non licet eo vti: niſi poſtq̄ alia reme
dia a medico excogitata fuerint, et p̄
morbi curatione executa, quę vbi nō
contulerint ad hoc medicamentum
exequendum (veluti ad ſacram anco
ram) confugiemus. Porro hac eadē
ratione ante corporis purgationem
haud hac antidoto vti expedit: quoni
am corpora ſcatentia ſuccis multis,
ac prauis agitat, commutatq;, & ma
ximas ſincopas, vertigines, & animi
deliquia, oris ventriculi morſus, nec
non defluuia humorum ad membra
pręcipua commouet, hac de re conſi
lium eſt cum aliquis hac herba proſ-
pere vti optat, vt corpus prehabita
ſuffi

Minime ante corporis euacuationes hac vtendū.

ſufficienti humorum preparatione, ac attenuatione plene ſufficienti catartico adhibitio euacuet, et facta completa euacuatione hanc herbam propinet, ſicq; uſum corporis præſtabit incolummem. Quod Galenus nos docuit per uniuerſos artis curatiue libros, et libro tegni, quibus locis nequaq̃; his utendum reſolutorijs aſſeruit, niſi prehabita totius corporis ab immundis ſuccis eductione. Porro inſpicere ſimul et anni tempus, et regionem, et ętatem, debet ille qui hac radice uſurus eſt, nam per ęſtatem nequaq̃; ſumere conſuluerim, quippe aere ęſtu calefacto. Calium etiam corpus non poteſt non grauiter offendi, atq; hoc maxime mirabilis ille Hippocra. conſiderans medicamenti exhibitiones ante caniculę

Attēdēda eſſe ętatem & anni tempus ī hac propinā da radi.

 lę

le ortum, & ſub ea, difficiles eſſe tradit. Quod etiam de medicamine huius herbe intelligendum eſt: neq; in temporibus admodum frigidis tradenda, quia humores ſunt hoc tempore maxime denſi, ac crudi, & corporis reſpiramina nimium reſtricta, ac obſtructa. Qua de re haud fere nulla ſiue per inſenſilem halitum, ſiue per vrinas, haud ſudores, hoc tēpore fit humorum diſſolutio: tempus vero commodum quo quis eam aſſumat hoc autummale autvernū eſt: que quidem tempora cum calore frigoreq; temperata ſint. Et ſic nec ingenti calore, nec excedenti frigore, noceant multum humorū diſſlationi. & eductioni auxiliantur: quod eſt cōſiliū Hipp. ſexto aphoriſ. 47. apho. & Galeni in comment. vbi hec tempora aptiſſima ſignāt pro maximis eſ

Tempꝰ opportunū eſt exhiben diuernū & autūmale eſt

ficien

ficiendis euacuationibus: verũ hoc eſt intelligendum de morborum præſeruationibus, nullatenus vero de ipſorum medellis: nam vbi morbos exiſtentes curare intendimus hec tempora ſolum non debemus attẽdere, ſed alia, vbi non plurimum aut rigore, aut calore vexent: quapropter et ætate florentibus, et ſenibus exhiberi conſilium eſt, at in pueris omnino hæc herba eſt euitanda, cum ex cuius magnitudo illorum virtute maior ſit, et corpus ex facili diſſoluat, natiuumque ſpiritum cito extinguat, quẽadmodum ſane et lucernæ flammam oleum igni copioſum adhibitum facile extinguit, vt Galenus ſepiſſime libro de veneſectione aſſeruit. Ego itaque ex experiẽtiis memini puellos aliquando ex intempeſtiuo huius radicule vſu diſſolutos, etenim diutur In pueris vitã.

na febre laborant graciles ad modū corpore, et viribus imbecilles, et ꝙ vix multa diligentia poſſent ſupereſſe: quæ cū ego ex medica ratione cōſpicerem etiam herbam hanc ipſis vehementer dari prohibeo, ꝛ nimia vrgente neceſsitate: tum enim exiliter, et cum aliis im mixtam medicamentis que infrigidandi vi polleant dari admitto, aliter minime. Porro ſi in calidiore, aut frigidiore verſeris regione nequaꝗ̄ ſimiliter hac vti licebit ratione ſuperius tradita. Sed ſolum in regionibus non nimium aut calore, aut frigore vexantibus. Qualis hæc noſtra mexicana eſt in qua, tuto, ꝛ felici vſu, et ſummo ægrotantium commodo propter regionis temperiem concedi poteſt: iam plane enodabimus temperiem innatam huius radiculæ, nec non quibus morbis, tam

In hac noſtra mexicana prouīcia commode exhibetur.

ſ genere, q̄ʒ in ſpecie cõueniat, ⁊ qui bus anni temporibus, ętatibus, regi onibusqʒ ea exhiberi merito debeat. Reliquum eſt vt ad alia ſcitu neceſſaria ſermonem vertamus.

## ¶CAPVT VNDECIMVM: IN quo refellitur ſententia medicorum, q aſſerunt hanc radiculā a ſua forma ſpecifica, ſeu ſubſtantia agere, & nõ a ſua cõplexiõe.

MInime verū eſt quod aliqui ſibi perſuadēt, dicentes, radicem hanc a ſua ſubſtantia, ſeu forma ſpecifica, ⁊ non a cõplexione ſua

nan

*Maxime decipi, q dicunt hanc radiculam a forma, ſua ſpecifica operari.*

nãciſci vt hos effectus in corpore pre-
ſtet. Quod hac ratione a quotidiana
experientia elicita ſibi deſumunt: cũ
videant corporibus ſepiſſime appli-
cari medicamenta ita calida, et cali-
diora q̃ hec herba eſt, q̃ tamen eoſdẽ
effectus, quos hec preſtat nullaten⁹
efficere apta ſunt. Unde eliciunt a
forma, ſeu ſubſtantia ſua, ⁊ non a ca-
lore, hoc habere quod ĩ corpore agit,
verum ſalua horum pace aliena di-
cunt. Quippe que a proprietate ſub-
ſtantie operantur, ſex ſunt generibus
medicamentorum ſolum a Galeno
diuiſa. In quorum nullo hoc ingre-
diens medicamen ſatis conſtat, ſola ete-
nim apud Galenum hec a proprieta-
te ſubſtantie operari nata ſunt, vide-
licet aut cathartica, aut venena, aut
alexiteria, et alexipharmaca, aut
amuleta, aut alimenta aut que pro-
priam

*Quot modis cõtigat medicamenta operari a forma ſpecifi.*

propriam corporis partem reſpiciunt ut cantharides, ueſicam, eupatorium, iecur, capparis cortex, lienem, ſtechas, caput. &c. De quibus agit Galenus, quinto de ſimplicibus, et tertio de temperamentis, et ſexto epidemiarum, et libello de amuletis: ad quos libros (ne immorer) lectorem relego. Cum itaq; certo nobis conſtet hęc ſola medicamenta a ſubſtantię agere proprietate: et in nullo horum ingredi hanc herbam appareat, reliquum eſt ut ſuos effectus minime a ſubſtantię agat proprietate: nec enim catharticum eſt, hoc medicamen, nec uenenum, nec alexiterium, aut alexipharmacum, nec alimentum, nec amuletum, nec ex his quę peculiarem partem attendant, quod cum ita ſit, ad ſuam complexionem, et non ſubſtantiam ſuos effectus

tus redigere nobis erit opportunum quod phiſica ratione ſimul elucet cū operationes inſcindēdi, attenuandi emoliendi, rarefaciendi, penetrandi, diſcutiendi, & ſudores, vrinas, & menſes euocandi, quas hęc radicula corpori pręſtat a manifeſta qualitatum temperie, pręſertimq; calida (vt ſupra ex Galeno deduximus) emanēt, cum phiſicis theorematibus notum ſit, rei ſubſtantiam nequaq̄ʒ aut attenuare, aut diſſoluere, aut penetrare, aut aliquid horum agere immediate poſſe, hæc etenim omnia munera ſunt caloris: ſecus vero in catharticis euenit quorum virtus ſimilium atractiua a ſubſtantia fit, & in venenis. Quorum nociua virtus a rei ſubſtantia emanat, & in alimentis, & amuletis, & alijs a me citatis quorum effectus recto iudicij

Effectus huiusherbæ a ſua, emanant complexione & non a forma ſpeci.

cij examine a rei ſubſtantia effluere compertum eſt: habet igitur hęc anti dotus ea, quę in corpe exercet a calore, & ſiccitate, ſimul cum partium ſuarum eximia tenuitate. Quę eximia partium ſuarum tenuitas cauſa eſt q̄ pręalijs calidis, & calidioribus medicamentis ea, hos elidat effectus: reliqua etenim licet eque, uel plus calidiora ſint, attamen quia partium tenuitate ſunt huic herbę inferiora: inde eſt, q̄ reliqua in operatione pręcedat.

Acalore opratur ſimul cū partium eximia tenuita.

¶ CAPVT DVODECIMVM REfellens vulgarem, & ineptam huius ciuitatis aſſertionem de hac noſtra herba.

¶ Neq;

Refellit innane vulgi placitum.

NEqꝫ eſt, ꝙ nos diuertat ac a noſtra vera ex ci natione ſeducat innane argumentum ex experientia ſumptum, quod vulgo communiter circumfertur. Quo uno videntur aſtruere, hāc antidotum frigidam eſſe, cum mulieres in potu, vteri dolore afficiat, ac vterum ex eo, perpetuo male habere conſtet, quod minime ſtare poſſet niſi frigida eſſet, cuꝫ frigida omnia noceāt vtero ex Hipp. & Galeno. 3. acutorū, calida uero proſint: cui ſophiſticę rationi non aliter reſpondere faſ eſt, q̄ꝫ inſinuando hoc non ratione hac herba prouenire, q̄ ex indebito utendi ordine ipſius: eſt eniꝫ frequens medicorum huius ciuitatis conſuetudo prębere mulieribus hanc radiculam in exigua portione permiſtam mul-

Praua medicorum cõſuetudo

tę

tę aquę quantitati quam appellant ſimplicem huius herbę potionem, & hoc non pręeūtibus aut pręparatione: aut euacuatione. Ex quibus iure euenit vt ſic ſumpta refrigeret, noceatq; vtero, & alia efficiat ĩnocua. Quod minime ageret ſi pręhabitis neceſſarijs conditionibus adhiberetur: ſimplicem vero huius herbæ potionem refrigerare exeo euenit q̄ exigua portio huius radiculę multæ aq̄ portioni mixta minime inſcidere, attenuare, diſſoluere, emolire, & alios ſibi proprios effectus pręſtare poſsit, ſed ſolū hoc agere potis eſt, vt aq̄ę, & craſſę ptes aquę ad penitiora corporis citius penetrent, indeq; aqua potentius, & citius ſua opera corpori impartiri valeat, ſicq; magis refrigeret, & humectet, & vtero, alijs q; membris frigidis noceat: calidum enim

Quomodo merito refrigeret

Pp

nim vbi in exigua portione multę aq miſcetur, hoc exle potis eſt facere vi delicet maiorez aquę ad profundas partes diſtributionem, quo fit, ut a- qua ſuos effectus elidere citius po- ſsit ac infrigidare, & humectare, qḋ

Galen. inſinuauit Galenus libro. i. ſimplici um capit. 31. ſic, naz dixerit forte quiſ piam qu'a tardiuſcula ſit aqua, & plu rimum temporis moretur in hippo- chondris, nec deorſum concedens, nec in corpus ſe diffundens, idcirco illi acetum miſceri, tanq̄ in omnem partem ferendi ſuturum vehiculum ſic etiam ſi cum vino bibatur aqua ſi tim eficaciter extinguit, q̄z ſi ſola ſci licet vino ipſaz ad diſtributioné pro- mouente itaq; refrigerationem, ſi- tiſq; ſanationez, ab aqua prouenire vt quę frigidę nature ſit, & humidę, ceterū adminiculo, eſſe, ac velut alas illi

illi ad omnes corporis partes pene-
trandas addere tum vinum, tum a-
cetum, quę ipſa nequaq̃ꝫ frigida ſunt
& humida: ex quibus elicitur ſimili-
ter vt vinum aqua permixtum, ita
facere hanc herbam in exigua por
tione permixtam cum multa aqua
ꝙ ſuo exiguo calore, tum aquę ve
luti alas addat, & adminiculo ſit,
vt ad profundiora corporis pene-
tret, & ſuis qualitatibus corpus
alteret, & ſic membris natura fri
gidis nocumento ſit hac q̃ꝫre vterꝫ
obledat. Ex quo elicio multum
aberrare hoſce temporis medicos
qui ſimplici huius radiculę potu
vtuntur pro diuerſis corporis mor
bis extirpandis, & curandis et ſine
diſcrimine, cum aliquis conqueri
tur ſimplicem herbæ potionem
con

concedunt cum potius grauiora ma la inducant vtero ventriq; natura frigidis multum nocentes inde q; euenit vt femellę ex tali potu intēpestiue, & ſine ordine ipſis conceſſo vteri ſimptomatibus, & ſtomachi detineantur, & multum moleſtentur: vnde hac de re medicis conſulerem, vt quotieſcunq; huius admirandę radiculę potū exhibere tentant, vt pri us corpus acommodatis medicamētis, pręparent, & euacuent, deinde herbam fortiter in aqua decoquant & ſic ad vſus pręparent nec vero debili decoctioni vtantur ſic q; ſuccedet vt omnia vitia miro modo corrigant & eius opera incolumnia eueniant, Cęterum licet hęc ratio quã ſupra citauimus, & ex Galeni viſceribus deſumpſimus illis non arrideat, non propterea recte aſſumūt, aſſe

hęc rad. Quare noceat vtero & ſtoma.

ue.

uerantes ex eo, quod utero noceat hanc herbam frigidam eſſe, cum nobis iam conſtet multa obeſſe utero quæ tamen calida, & non frigida ſint, ut liquet de fetidis omnibus, quę maximo impędio utero ſunt, & calida exiſtunt: ſic aſſa fetida ammoniacum, & alia uterum obledunt: non igitur bene ſibi conſulunt, qui hãc radicem ex eo, quod utero officiat frigidam aſtruunt, pręterea poteſt hęc radix utero nocere ex ſubſtantię proprietate, ſeu contrarietate, & non ex qualitate manifeſta, cum ſic noſtris membris multa aut noceant, aut proſint a ſua ſubſtantia. Hoc demonſtrat lepus marinus qui pulmoni eſt infeſtus, & cantharides ueſicę, item alia ſunt multum proficua, ut lien myrica cordi, crocus, & corallum: ita eodem modo cenſendum de utero eſt, quod uidelicet

Vtero nocent non ſolum frig. ſed calida, & aliqua a propria ſubſtantia.

ret aliqua ipſi proderint ſimilitudi-
ne ſubſtantię, vt Herculeus lapis
ipſi commodat, alia poterunt ex ſub
ſtantię diſſenſu illi obſiſtere: non ita-
q; probe colligunt, qui aſtruunt,
hanc radicem frigida vi prędtam,
quo ocellis nocua ſit, cum et cali
da, ſicuti frigida et nimium
humida, ut hæc radix in
his regionibus eſt, &
quę contrarietate
ſubſtantię a-
gunt, illi
obeſſe
ſole
ant.

## CAPVT DECIMVMTERT.

De modo artificioſo offerendi hanc radi-
culam pro incolummi corporis vſu

MOdum vero artificio-
ſum, quo hęc radicu a
concoqui debet, & pro
pinari in medium prof
ferã, ut nil in hac deſide
retur materia. Triplici forma ſolet
hęc concedi radicula a medicę artis
profeſſoribus, aut enim in forma ſiru
pi eam propinant, aut in puluerum
formam redactam, aut aqua decoc-
tam. Sicq; ægrotantium vitia di-
uerſis his applicandi modis emen-
dant. Uerum ut ingenue fatear,
puluerum, aut ſirupi exhibitio-
nem veluti corporibus inutilem,
ac inartificioſam damno, ſolam ve-
ro huius radiculę in aqua coctio-
nem corporibus ſatis proficuam ap-
probo. Quod hac ratione ſatis
conſtare comperio, cum effec-
tus huius herbæ pręcipuus ſit

Quotmodis hæc præſte- tur radi.

Effectus precipuus huius radicis.

penetrare ad profundiores, & intimiores partes corporis, et venas, & arterias adhuc capilares, & oſſa, & medullas, ibiq; diſſoluere ac diſsipare aut per copioſos ſudores, aut per inſenſilem diſflationem humorum quę vllis medicamentorum generibus educi non poterat craſsitiem, quod tum præſtabit hęc radicula, cum in aqua decocta artificioſe fuerit, quippe huiuſmodi propter aquę fluxionē, & liquiditatem facilius, et commodius ad extrema corporis, et ad minutula vaſſa peruenire poterit. ſecus vero eueniet vbi cum melle, ac ſacharo conficiatur, et in forma ſirupi exhibeatur: cum nec mel, ac ſacharum, vt quia glutinoſa ſunt, et partibus corporis adherent, non poſſunt ad penitiora corporis antidoti huius facultatem deſſerre: idem eueniet vbi in

in pulueres redacta corpori exhibeatur, cum pulueres vt quia craſſi, et terreſtres ſunt, nequeant ad penitiſſima deuenire, vel ſi hęc deueniant nõ ita cito, ac commode vt fas eſt, pro morborum propulſione. Ex quo elicio communem apud hodiernos medicos praxim exhibendi in forma ſirupi, ac pulſuerum, hanc herbam ſatis indecoram, ac inartificioſam eſſe, ac prorſus eliminandam, ſolum vero exhibendam hanc eſſe in aqua artificioſe coctam: cum effectus quos pręſtare nata eſt, melius, ac commodius ſic faciat. Quod ſi his pulueribus, aut ſirupis vti expediat vt incolumem pręſtent vſum, ſolum ea concedemus in paſſionibus, et morbis frigidis ſtomachi, inteſtinorum, iocinoris, ⁊ lienis, cum ad hęc loca facile permeare poſſit huius antidoti vis, propter affini-

Elimina tur con ſuetudo quedã medico[rum]

Inquib⁹ morbis liceat vti pulueribus, aut ſerapio ex ſalſaparilla cõfectis, in quibus ſecus.

affinitatem, nec obſtet craſsities puluerum, aut glutinoſitas ſachari, aut mellis: attamen in affectibus iuncturarum, capitis, neruorum, renum, veſicę, crurum membrorum ſpiritualium et aliorum huiuſmodi diſtantius minime hanc radicem, aut in pulueres redactam, aut cum ſacharo, vel melle confectam concedemus ratione ſuperius tradita. Sed in aqua decoctam. Ex quo elicio multum aberraſſe huiuſce tempeſtatis medicos, qui in his partium diſtantiſsimarum morbis contumacibus, pulueribus, aut ſerapijs ex ſalſaparrilla concinatis uſi ſunt, in animo ęgrotantium incommodo. Cum ſic exhibita haud ad hæc membra poſsit vim ſuam demandare: ſecus vero ſalubriter erit ſucceſſurum ſi eius decoctũ in aqua propinetur. Verum cum multi, multis

tis, & diuerſis modis ſecundum exi-
gentiam, aut ętatis, aut virium ęgro
tantium, aut multitudinis humorum
aut aliarum huiuſmodi rerū hanc in
aqua decoquant, ſicq; ad vſus medi
cos pręparent. Quod ita agendū eſ-
ſe ex medica arte compertū eſt. hęc
etenim omnia medici iudicio liberan-
ti quo pondere ſit aqua miſcenda ſe-
cundum circunſtantias ſuperius tra
ditas omittenda ſunt, nec enim hu-
ius miſtionis regula, aut lex exhibe-
ri poteſt: meam exhibendi hanc radi-
culam formam in medium proferam
quam vtiliorem, & commodiorem re
liquis, multis experientijs confirma-
ni quę tali miſtionis formula fiet, v-
bi quis tres, vel quatuor huius radi-
cis vncias prius mediocriter
contuſſas, ac ad minima diuiſ-
ſas in tribus aquę puriſſimę,
& fon

& fontanę libris per octo horas ma-
defecerit, ac post sufficientem mado
rem in igne lento, & puriſsimo, ad
tertias decoxerit, ita vt ex tribus li-
bris superſit vna, quam colo tranſfu
ſſam ad medicos vſus reſeruabimus
& bis quotidie propinabimus totam
hanc potionem, quam deinde altero
die eodem modo parabimus, ita vt
hęc potio pro uno ſolum die ſatis ſit,
ſic etenim, et efficaciorem, ualidiorē
q; effectum corpori pręſtare exper-
tum a me eſt. cum eius ſuccus quoti-
die hoc modo recens exhibeatur. nec
per multum tempus extractus, et in
aqua ſeruatus ſit, qui ſtatim ab aeris
qualitatibus offenditur, & corrumpi-
tur: ſecundam potionem ſic paro ra-
dicu lam que in prima coctione fuit
cocta ſta in ſecunda aqua decoquo.
ut ſatis ferueat, hanc .3. quotidie po
tus

tus loco ęgro propino. Prima potio calida pꝛopinanda eſt, ut melius ſe penetrare, & ſudorem prolectare ualeat, & ęger per tres, aut minimum ꝑ duas horas ueſtibus multis coopertus ſudorem conſeruet, licet mora ſudoris perito medico relinquatur, uarienti eam ſecundum uirium tenoris modum. Tēpus, & mora ſum ptionis huius radicis relinquuntur ſimiliter perito medico uarianti ſecundum exigentiam morbi, aut uirtutis aut ętatis, aut anni temporis, de quibus omnibus nequaq̃ certa regula dari poteſt, cum rerum quantitas exquiſita apud Galenum .1. de arte curatiua, nec calamo deſcribi, nec ſciri certo poſsit: nec me latet exquiſitaꝫ illā uictus rationem, q̄ his concedi ſolet per multos dies maxime proficuam eſſe, ut quę & humores imminuat, et

cor

Prima potio calida ſatis ſumēda

Sudor ꝑ duas horas ad minus conſeruād⁹

Quibus noceat exquiſitus victus

corpus preparet ad faciliorem mor-
bi euacuationem: licet illam, que per pa
nem bis coctum, ⁊ paſſulas, ⁊ torre
factas agmidalas fit, non ſemper lau
dem, cum debilibus, ⁊ his, qui rare
tetturæ ſunt, ⁊ admodum bilioſis ſit
admodum nociua, quibus tuto con-
cedi poteſt craſſior victus qui per a-
ſſa gallinarum epata, ⁊ pullos par-
uos aſſos, ⁊ gallinarum iuſcula fie-
ri ſolet. Quod ſimiliter medici iuſte
extimationi eſt omittendum: nos e
nim generalia huius herbe, ⁊ que ſci
tu neceſſaria, queq; non omnibus in
propatulo ſunt, ſcribere tentauimus
de ſpecialibus, que in medici recto
libramine, ⁊ frequentibus experien-
tiis conſiſtunt, paruam curam haben
tes.

FINIS.

¶ Ad laudem ſaluatoris noſtri Ieſu
Chriſti, & glorioſiſsimę chriſtiparę
vir ginis Mariæ: finitum fuit hoc o-
pus Mexici ī ædibus Petri O
charte tipographi, Anno
milleſimo, quingenteſi-
mo, ſeptuageſimo: mē
ſis ſeptembris die
duodecimo.

Laus deo.

BIBLIOTECA J. M. "LAFRAGUA"
PUEBLA
U. A. P.

